BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
17 H
6/7

925

Coll.i Germ.

Collegii Germanici

Ethica Ariſtotelica: Joanne Argyropylo interprete.

Cubiculi Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli dono D.ni Petri Mariae [illegible]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

❡ Ethica Ariſtotelica: & epiſtola Petri Marſi ad illuſtriſſimũ principẽ Virginiũ Vrſinũ.

PRothagoram inter ſophiſtas nõ ignobilem illuſtriſſime pr͞iceps Virgini Vrſinæ domus: & auiti ſtemmatis adamãtinum columen cum docendo: & monẽdo diſcipulorum conſuluiſſet ingeniis: mercede laborum: atq; doctrinæ tactis de more ſacris illorum æſtimata iudicio contentũ æquo animo uixiſſe ſcribit Plato. Qua benignitate nil iocũdius excogitari potuiſſet: ac iuſtius. Nõ enim dantis arbitrio: ſed recipientis beneficium expendi par eſt: ne ingratitudo uitiorum oium caput. & eſtuãtis cupiditatis inſanabile ulcus appareant. Homo nãq; hominum uſui natus eſt: & glorie: quæ honeſtiſſimarum artiũ ſtudiis: uiuẽdi prudentia: & multiplici cognitione cõparatur: ac fulget. Illum uero cuius operam gratuitam & prõptam ſectatores experiuntur deo (quoad homini fas eſt dicere) ſimilimum iudico. Qualẽ huius memoriæ ingenia Ioãnem Argiropylum Conſtantinopolitanum non minus auito: q̃ ſuo ſplendore illuſtrem non ſine diuino nutu ſortita ſunt. Qui

rerum omniũ naturam:& uim acri:atq́ ſubli mi complexus ingenio ad Latinorum cogni tionem:ad honeſtiſſimorum ſtudiorum utili tatem & decus diuinum illud philoſophorũ principis acumen tranſtulit. Et aliquando tri plicem philoſophiam latine loqui docuit & Romana pœnitus ciuitate donauit. Sed ĩma tura mors(ſi tamen id pŏt ſapientiſſimo ui-ro cõtingere) tantarũ uigiliarum munus: & excultæ lucubrationis editionem quam dies urgebat & noctes prohdolor abrupit. Atta-mẽ qua potuit uir optimus nomini:ac nepo tibus alta mẽte:ac pientiſſimo uoto ꝓſpiciẽs tam clara tãq́ neceſſaria ſtudioſis ingenuarũ artiũ documẽta Iſaacio filio:& diſcipulis edẽ-da reliquit. Quoꝝ numero me q̃uis minimũ fortuna in cæteris dura mihi nouerca in hoc indulgentiſſima parens aſcripſit. Nam Cice-ronis eloquẽtiæ principis:& oĩum bonarum artium cultoris exẽplo quoad potui:& licuit e latere ſapiẽtiſſimi ſenis nõ diſceſſi:& uita de functum ex tamporali laudatiũcula:& piis la chrymis honeſtaui ne ingratus erga illum oĩ-no uiderer:qui de me:qui de cõdiſcipulis me is: qui deniq́ de Græcis latiniſq́ litteris atq́ ingenioꝝ cultibꝰ erat optime meritus. Qui paucis ante diem illũ nobis nõ illi acerbũ mẽ ſibus Ariſtotelicũ opus de moribus ad Nico

fortuna parens in hoc ... nouerca ...

machum filium lima non minus elegāti q̄ ſe- uera expolitum eo animo mihi exſcribendū conceſſerat ut ita publicaret:& prodeſſet om nibus;quorꝫ inſtitutioni tot:tantoſqꝫ labores promptiſſima benignitate īpenderat. Cuius auctoritati. & honeſtiſſimis uotis grato aīo & pio parere cupiēs:excellentiam tuam elegi Princeps inclyte:cui has uere ac in primis ne- ceſſariæ ſapientiæ dotes.& eruditiſſimas pfe- ctiſſimi ſenis uigilias merito dedicarē; ut ex hac ueluti pictura uirtutū oīum:& prudenter iuſteqꝫ uiuendi diſciplina:eo maiorē:ſolidio- rēqꝫ caperes uoluptatē:quo tu id quod in pri uata uita decet:& publica nō ex græcorꝫ fon- tibus hauriens:uerū ingenii quadā fœlicitate ac mētis acie ſupra hoīem exēplis domeſticis & auito inſtituto rectā nō minꝰ uiuendi q̄ gu bernandi uiam ingreſſus omnium proauorū titulos:omnem & rogatam: & armatam glo riam longe ſuperaſti. Vt te talem his littera- rum monimentis undiqꝫ nepotibus imitan- dum proponere poſſim; qualem Cyrum il- lum cōſumatiſſimum Perſarū Regem Atti- ca illa muſa Socratici Xenophontis effinxit. Philoſophi quos uitæ magiſtros: & ſcientiæ doctores ueneramur ad ſummum naturæ ſu ſpirantes prudentiæ:iuſtitiæ:fortitudinis:ac temperantiæ præcepta excogitarūt ut homi

nem eo deducerent: ad quod illum ſagaciſſima parens natura (quam omnes artes adiuuant) inchoaſſet. Quis tuā domi: foriſq; prudentiam: quæ propria uirtus principum & habet: & eſt: ut ſe: ac ſuos bene recteq; gubernet: & regat (quo nil equidem duco difficilius: nil præclarius) non admiratur & celebrat? Bellicus ille turbo teſtis eſt. & qui te arctiſſime cōſtrinxiſſe uidebatur Herculeus nodus: quem ſolus cōſilio: & ratione ſic diſſoluiſti: ut Aleæ bellicæ arbiter nō iniuria & habereris: & eſſes. Te animi excelſi: atq; inuicti magnitudo: & robur in adeundis periculis extollunt. Tu priſcam illam hoſpitalitatē omni genere humanitatis: ac benignitatis reuocaſti. Tuæ uitæ modus paſſim uiget: ut te fœlicē appellare poſſim quem blanda fortuna non corruperit: irata non fregerit. Tu clara: & multiplici filiorum dote cenſeris: quos non uoce tantum: ſed etiā exemplo ut patrem decet ad uerum decus effingis: & gloriam: ut te: utq; tantis natalibus: & clariſſimorum auorum ſerie digni adoleſcant: & maiorum gloriæ reſpondentes ueſtigia poſteritati ſectāda relinquāt. Id certe Io. Iordanus tantarum opum: & inclytæ nobilitatis digniſſimus hæres pollicet. Id Carolus qui Martem in armis ſpirant: & imaginem nepotibus oſtendent tuam. Illis

etenim undiq; cognoſceris. Igitur cum tempora & curæ quibus tum priuatim: tum publice diſtringeris tibi dabunt has uitæ formulas a principe philoſophorum Ariſtotele cõſtitutas & ab Argiropylo huius ætatis altero Ariſtotile in latinum uerſas recognoſce. ut te diuina quadam ſorte: ac præclaris naturæ facillimæ dotibus ex illis uixiſſe merito glorieris: & Petri Marſi cliẽtis tui mũnuſculum hoc ea fronte ſuſcipias: qua cæteris in rebus ut generoſitatem animi nobiliſſimi decet: optimi principis: & humaniſſimi decorum ſeruare conſueuiſti.

Vale fœlix & uiue diu: ut tibi: ac uiris nutum obſeruantibus tuum conſulas: quorum cõditio tua eſt: & omnis fœlicitas quæ bono principi ex ueterum inſtituto proponitur.

¶ Finis præfationis.

¶ Opus Ariſtotelis de moribus ad Nicomachum: Ioanne Argiropylo interpræte.

¶ Tractatus primus. Capitulum. I.

OMnis ars: omiſq; doctrina atq; act? itidē & electio bonū quoddā appetere uidet̄. Quapropter bene ueteres bonum ipſum id eſſe dixerunt ꝙ omnia appetunt. Finiū aūt differentia quædam eſt. Quidam enim ſunt operationes: quidam præter has ipſas opera quædam. Atq; in quibus præter operatiōes: alii quidam ſunt fines: in iis ipſa opa ſunt operationibus præſtabiliora. Cum uero complures ſint actus & artes atq; ſcientiæ: fit ut multi ſint etiam fines. Medicinæ nāq; finis eſt ſanitas. Artis extruendarum nauium: nauis. Facultatis rei militaris: uictoria. Et familiaris rei gubernandæ diuitiæ. Quæ autem ſub aliqua una potentia ſunt: ut ars conficiendorum frenorum: cæteræq; omnes inſtrumētoꝝ æqueſtrium effectrices ſeſe habent ad facultatem

æqueſtrem:& hæc cum illis omniſq; actio bel lica ad militarem facultatem:& ad alias aliæ ſi mili modo. In iis omnibus fines earum quæ rationem architecturæ ſubeunt: magis ſunt expetibiles q̄ omnes fines inferiorũ: illi nãq; horum gratia expetuntur. Atq; nihil intereſt ſiue fines actuum ipſæ ſint operationes: ſiue præter ipſas aliquid aliud: ut in his quæ dictæ ſunt facultates. ¶ Capitulum. II.

I Gitur ſi quiſpiã rerum agendarũ eſt finis: quẽ nos ꝑpter ſeipſum: cætera autem propter hunc uolu mus: neq; fit ut omnia propter aliud expeta/ mus (eſſet enim hoc modo ſine ullo fine pro greſſus atq; hinc noſter appetit⁹ inanis eſſet & uanus.) Cõſtat hunc talem finem ſummũ bonum ipſumq; optimũ eſſe. Et ad humanã igitur uitam magnã huius cognitio opem af fert: nam ut Sagittarii ſignum habentes ma= gis id quod oportet attingere poſſumus.

¶ Quod ſi ita ſit enitendũ eſt hunc ipſum fi gura quidnã ſit cõpræhendere: & cuius ſit ſci= entiæ uel facultatis percipere. Videbiť autem eius eſſe quæ maxime dominať: maximeq; ra tionem ſubit architecturæ. Talẽ autẽ ſeſe of= fert ipſa ciuilis facultas. Hæc enim & quas ſci= entias in ciuitatibus eſſe: & quales quenq; di= ſcere: & quouſq; oportet inſtituere ſolet. Eas

præterea facultates quæ ſummis afficiuntur honoribus:ut rei militaris:reiq; familiaris facultatem ac oratoriam artem huic ſubeſſe uidemus.Cum igiẗ cæteris actiuis ſcientiis hæc utatur: & leges ferat atq; inſtituat: qd quiſq; agere & a quibus abſtinere debeat:huius finis cæterarum omnium facultatum continet fines. Quo fit ut hic finis ſit bonũ ip̄m humanum.Quanq̄ enim unius hominis idem & ciuitatis eſt bonum:ciuitatis tamẽ cõparare cõſeruareq; bonũ maius atq; p̄fectius & habeẗ & eſt.Nã amabile eſt:& ſi uni ſoli:maius autẽ atq; diuinius eſt:ſi gẽti ciuitatibuſue ſit acquiſitum partũq; cõſerueẗ.Hæc igiẗ appetit hæc doctrina cum ſit facultas quædam ciuilis.

¶Capitulum.III.

d Icetur autem ſatis ſi declarabitur perinde atq; ſubiecta materia poſtulat. Ipſum enim exactum non eſt in oĩbus ſimili modo rationibus flagitandum. Sicut nec in hiſce quæ per artem conficiuntur. Honeſta autẽ & iuſta de quibus ciuilis conſiderat:tantam differẽtiam erroremq; habent:ut lege tantum eſſe uideantũr & nõ natura.Talem etiã quendã errorem habent & ipſa bona: quia cõpluribus ex ipſis accidunt detrimenta.Quidam enim ob diuitias:quidam ob fortitudinem periere.Charũ

igitur fuerit atq; ſatis de talibus atq; ex talib⁹ dicētes pingui minerua figuraq; uerū ipſum oſtendere: & de iis quæ ſunt plærunq; atq; ex talibus dicentes: talia & cōcludere. Eodē modo & unūquenq; auditorē ea quæ dicunt acci pere oportet. Eſt enim eruditi exactū ipſum eatenus in unoquoq; genere flagitare: quatenus fert ipſius rei natura. Simile nanq; uidet eſſe mathematicū ſuadentē probare: & ab oratore demonſtrationes exigere.

¶ Atqui bene quiſq; iudicat ea quæ cognoſcit: & ipſorum bonus eſt iudex. Is ergo in unaquaq; re bene iudicat qui in illa eſt erudit⁹. Abſolute autē qui eſt in oībus eruditus. Quapropter iuuenis ciuilis diſciplinæ nō eſt idoneus auditor. Eſt enim rudis actuū uitæ. Ex his aūt & de his ipſe rationes efficiūtur. Præterea cū perturbationes ſequatur, incaſſum & ſine fructu audiet: quippe cum finis non cognitio ſit, ſed actio. Intereſt autē nihil iuuenis ſit ætate an moribus iuuenis ſimilis. Nō enī defectus eſt ob tempus. Sed quia uiuit & perſequitur ſingula cū perturbatione. Talibus enim inutilis fit ipſa cognitio, perinde atq; in continētibus ipſis. Iis autē qui ſuas rationi ſubiiciunt appetitiones cū rationeq; agunt: magnam afferre pōt utilitatem. De auditore igit: & quonam modo rationes accipi debeant quidq; p

ponimus tot exordii loco dicta ſunt.

¶ Tractatus ſecundus. ¶ Capitulũ. I.

S Ed nunc repetẽtes dicamus. cum omnis cognitio atq; electio bonũ quoddam affectet: quidnam ſit id quod ciuilẽ appetere dicimus facultatem: & quid id quod omnium rerũ agẽdarum ſupremum eſt bonum. Nomine igit̃ omnes fere de ipſo conſentiunt. Nam & uulgus & elegantes: fœlicitatem inquiunt eſſe. Atq; bene uiuere beneq; agere & felicem eſſe: eadem eſſe putant. De fœlicitate autem quænam ſit diſſentiunt: & non ſimiliter uulgus ac ſapientes eam aſſignant. Quidam enim unum quid eorũ quæ clara manifeſtaq; ſunt ipſam eſſe putant: ut uoluptatem. aut diuitias. aut honorem. Quidam aliquid aliud; perſæpe etiam unus idemq; diuerſum. Nam cũ ægrotat ſanitatem cum pauper eſt diuitias: ignorantiæ uero conſcii ſuæ eos admirantur qui magnum aliquid & ultra uires ipſorum dicunt. Quidam autem præter hæc plura bona aliud quoddam per ſe eſſe putabunt: quod quidem & his uniuerſis ut ſint bona cenſuere cauſam eſſe. Omnes igitur opiniones ſcrutari ſuperuacaneum eſt fortaſſe. Satis autẽ erit ſi eas ſcrutabimur quæ maxime extant: aut rationem aliquam habere uidentur.

¶ At enim ne lateat nos eas inter ſeſe rationes differre : quæ a principiis proficiſcuntur: & quæ ad principia pergunt . Recte enim & Plato dubitabat atq; quærebat: utrum a principiis an ad pricipia ſit ipſa uia: ut in ſtadio ad calcem ex iis qui præmia ponunt : An cōtra. Enimuero ſemper eſt a notis incipiendum. Hæc autē duobus modis talia ſunt. Alia nāq; ſunt nobis : alia ſimpliciter nota . Nobis igiť forſitan ex iis incipiendū eſt quæ nobis ſunt nota. Quocirca bene inſtitutū moribus eum eſſe oportet: qui de honeſtis & iuſtis & omni ciuili rōne eſt ſufficienter auditurus. Eſt enim principiū eſſe: atq; ſi hoc ſatis cōſtet nō opus erit ipſo cur & quā ob cauſam eſt . Talis autē aut habet pricipia : aut accipere facile poteſt. Cui uero neutrū horum ineſt: is Heſiodi ſententiam audiat hiſce carminibus explicatam.

¶ Optimus ille qdē eſt: ex ſeſe qui oīa nouit.
Perceptis quæ poſt & ſemper ſunt meliora.
Is rurſus bonus eſt paret qui recta monenti.
At qui ex ſe neſcit: cuiq̄ nec porrigit aures.
Vt bona percipiat: demens & inutilis ille eſt.

¶ Capitulum. II.

Ed nos eo redeamus unde digreſſi ſumus: ſummum enim bonum fœlicitatemq; non ſine ratione ex uiuendi modo uidenť exiſtimare.

℄ Vulgus quidem & importuniſſimi uolu=
ptatem. Quapropter & deditam uoluptati=
bus uitā amāt. Tres enim ſunt maxime quæ
p̄cellunt:ea quæ nunc dicta eſt:& ciuilis & cō=
templatiua tertia. Vulgus igitur mancipii ſi=
mile pœnitus eſſe uidetur pecorū uitam de=
ligendo. Habet autem rationem ꝙ cōplu=
res eorum qui ſunt in poteſtatibus conſtitu=
ti:perinde atq; ſardanapalus uiuūt. Elegātes
autem & ad agendum idonei honorem. Ho=
nos enim finis fere ciuilis eſt uite. Videtur
autem ab eo diſtare quod quærimus bonū.
Nam in iis potius qui afficiunt q̄ in iis qui af=
ficiuntur honoribus eſt. Sūmum autem bo=
num proprium quid:taleq; eſſe uaticinamur
ut auferri facile nequeat. Præterea honorem
perſequuntnr homines ut ſeipſi bonos eē cre
dant. Itaq; a prudentibus & apud eos qui ip=
ſos cognoſcunt:& ob uirtutem honoribus af
fici quærunt. Conſtat igitur ſm̄ hos ipōs ho
nore præſtantiorem eſſe uirtutem. Atq; forſi
tan & finem quiſpiam ciuilis uitæ magis hāc
eſſe putauerit: uerum & ipſa imperfecta eſt.
Videtur enim poſſe uirtutem habens & dor=
mire:aut nō agere quicq̄ per uitā: & inſuper
maximis malis: atq; aduerſa fortuna labora=
re. Eum uero qui ita ſe habet nemo fœlicem
dixerit:niſi qui poſitionem conſeruat. Sed

hæc hactenus: ſatis enim de his eſt & in conuerſionibus dictum. De contemplatrice autem uita: quam tertiam diximus in ſequentibus conſiderationem faciemus. Ea uero quæ pecuniis incumbit: uiolenta quædam eſt uita: ipſæq; diuitiæ non ſunt id quod quærimus bonum. Vtiles enim ſunt & ob aliud quæri ſolent. Quapropterea quæ prius ſunt dicta potius quiſpiã fines eſſe exiſtimauerit: quippe cum propter ſe expetãtur. At neq; etiã illa ſunt: q̃q̃ ad ipſa complures iactæ ſunt rõnes.

¶ Hæc igitur miſſa faciamus.

¶ Capitulum. III.

PRæſtat fortaſſe de uniuerſali bono conſiderare: & quonam modo dicitur dubitare: q̃q̃ hæc quæſtio perardua nobis eſt: propterea ꝙ amici ſunt qui formas ipſas introduxerunt. Verum melius forſitan & oportere uidebitur ſua quoq;: præſertim philoſophos pro ueritatis ſalute refellere. Nã cum ambo ſint amici: ſanctum eſt honore ueritatem præferre. Qui igitur hanc attulerunt opinionem: in his rebus nõ faciebant ideas in quibus prius & poſterius eſſe dicebant. Idcirco neq; numerorum ideam ponebant. At bonũ & in ſubſtantia dicitur: & in quali: & in eo quod eſt ad aliquid. Atq; id q̃d eſt per ſe ſubſtantia ue:

prius eſt eo natura qđ eſt ad aliquid. Eſt enim hoc appendici & accidenti eius quod eſt ſimile. Quibus efficitur: ut non ſit in omnibus cõmunis quædam idea. Præterea cum bonum æquæ atq; id quod eſt dicatur. (Nã & in ſubſtantia dicitur bonum: ut mens & deus: & in quali uirtus: & in quanto mediocre: & in relatione utile: & in tempore occaſio. & in loco mora: & alia iſtiuſmodi.) Conſtat non eſſe commune quicq̃ uniuerſale ac unum. Non enim in omnibus prædicamentis: ſed in uno tantũmodo diceretur. Præterea cum eorum quæ unam habent ideam una ſit & ſciẽtia bonorum: etiam omnium una ſciẽtia quædam eſſet. Nunc autem plures ſunt & eorum quæ ſub eodem prædicamento ſunt collocata: ut temporis. In bello quidem militaris facultas: in ægritudine autem ars medendi. Et mediocris: in alimento quidem medicina. in laboribus autem ars corporis exercendi. Dubitauerit autem quiſpiam quidnam & uelint dicere ipſum, quodq; ſi una & eadem hominis eſt ratio & in ipſo homine: & in homine. Nã quo uterq; eſt homo: hoc differentiam inter ſeſe nullam habebunt. Quod ſi ita eſt: neq; quoq; utrũq; eſt bonum. At uero neq; quia perpetuum eſt ideo magis erit bonum: ſi quidẽ neq; diuturnum album magis eſt album; q̃ unius

album diei. Probabilius autem de ipſo uiden tur dicere pythagorici: ipſum unum in bonorum ſerie collocãtes: quos ſecutus uidetur & ſpeuſippus. Sed de his quidẽ alius erit ſermo. In iis autem quæ dicta ſunt controuerſia quædam eſt: quod rõnes non de omni bono ſunt dictæ. Dicuntur autẽ una ſpecie bona ea quæ amantur per ſe. Ea uero que hæc efficiunt: aut aliquo modo conſeruant: aut contraria prohibent: propter hæc ipſa: modoq̧ alia bona dicuntur. Cõſtat igitur bona bifariam dici: alia per ſe: alia propter illa. Seiunctis igitur per ſe bonis a bonis utilibus cõſideremus ſi ea quæ ſunt per ſe: una idea bona dicantur. At quænã quiſpiam poſuerit per ſe bona? an ea quæ & ſi ne aliis perſequimur: quale eſt ſapere & uidere & uoluptates nõnullæ atq̧ honores? Hæc eni tametſi ꝓpter aliud quippiam perſequimur: tamen ex iis eſſe poſuerit quiſpiam quæ ſunt per ſe bona. An nihil aliud præter ideam ponendum eſt? Quare forma res quædam erit inanis. Quod ſi hæc quoq̧ per ſe ſunt bona: eandem in iis omnibus ipſius boni rationem ineſſe oportebit: perinde atq̧ albedinis ratio eadẽ eſt in niue atq̧ ceruſa. At honoris prudentiæ: uoluptatis hoc ipſo quo bona ſunt diuerſæ ſunt rationes ac differẽtes. Ipſum ergo bonum non eſt quid commune una idea.

At quoniã

At quoniam modo dicuntur? nõ enim hiſce ſimilia ſunt. quæ nomine eodẽ fortuito nun cupantur. Dicunť ne igitur: quia ſunt ab uno aut ad unum omnia conferunt? An cõpara tione potius rationum. Etenim ut eſt in cor pore uiſus: ſic eſt in anima mens: & aliud itẽ in alio. Sed hæc in præſenti forſitan omitten da ſunt. Nã exacte ipſa diſcutere ad aliam ma gis ſpectat philoſophiã. Et de idea ſimiliter. cõſtat enim & ſi eſt aliquod unũ bonum qđ cõmuniter dicať: aut ſeparatum quid ipſum per ſe: nõ tamen aut agi aut acquiri ab homi ne poſſe. Nũc autẽ tale quæriť. Fortaſſe autẽ cuipiã melius eſſe uidebiť cognoſcere ipſum ad ea boua quæ poſſideri ac agi poſſunt. nam uelut exẽplar id habentes: magis ea quæ no bis ſunt bona ſciemus: & ſi ſcierimus aſſeque mur. Hæc igiť ratio habet quidẽ quandã pro babilitatem: a ſciẽtiis autẽ diſcrepat. Vniuer ſæ nanqꝫ bonum affectantes quoddã: idqꝫ qđ deeſt perquirẽtes: huius prætermittũt cogni tionẽ. Tantã tamen opem oĩs artifices igno rare: & non perquirere: non eſt conſentaneũ rationi. Dubium autẽ eſt: & quidnã ad ſuam artem aut textori confert. aut fabro: ſi ipſum ſcierit bonum: aut quonam modo uel medi cus uel dux euadet peritior qui ideam ipſam aſpexerit. neqꝫ enim ualitudinem hoc modo

medicus:ſed hominis:immo uero huius forſ-
taſſe conſiderat:quippe cum ſingulis homini
bus medeatur. Sed de his hactenus.

¶ Capitulum. IIII.

Nunc rurſus redeamus ad id quod quærimus bonum. & qui tandem ſit ipſum inueſtigemus. Eſſe enim aliud in alia actione cōſtat & arte. Aliud eſt enim in medicina & in re militari & in cæteris ſimili modo. Quid igitur unicuiq; bonum eſt? An id gratia cuius cætera agunt? hoc autē in medicina quidē eſt ſanitas: in rei uero militaris facultate uictoria:& in extruēdaꝝ ædiū arte domus & in alia aliud. In actione etiā omni electiōe ue id quod eſt finis. Huius enim gratia omnes agunt. quare ſiqs omnium rerum agendaꝝ ſit finis is ipſum bonū agēdum erit. Sin uero plures: hi ipſi. Oratio igiť migrādo ad idem acceſſit. Enitendū autē eſt magis hoc declarare. Cū itaq; plures ſint fines:& horum quoſdam ob alios expetamus: ut diuitias fiſtulas: inſtrumētaq; omnino: pſpicuū eſt nō oīs fines eſſe perfectos. Ad finē optimū perfectū quid eſſe cōſtat. Quare ſi tātum unus pfectus ſit finis: is hic erit qui quæritur. Sin plures is qui horum eſt perfectiſſimus. Eum autē qui per ſe eſt expetibilis perfectiorē eo dicimus eſſe, qui eſt ꝑpter aliū ex-

petendus:& eum qui nunq̃ ob aliũ expetit̃ iis uniuerſis qui per ſe & ꝑpter illum etiã expe= tuntur. Et eum igit̃ perfectũ ſimpliciter qui per ſe ſemper eſt:& nunq̃ ob alium expeten= dus. Talis autem finis ipſa fœlicitas maxime eſſe uidetur. Hanc enim propter ſeipſam ſem per & nunq̃ ob aliud quicq̃ expetimus. hono rem autẽ uoluptatẽ: mentẽ uirtutem deniq; omnẽ & propter ſe expetimus. Quippe cũ ipſorũ unumquodq; expeteremus ſi nihil in= de etiam proueniret:& fœlicitatis etiã gratia: per hæc ipſa fœlices fore nos arbitrãtes. Sed illorum gratia fœlicitatem:aut ob aliud pror ſus expetit nemo. Idem & ex ſufficientia uide tur accidere. Perfectum nanq; bonum ſuffici= ens eſt. Sufficiens autem dicimus non ipſi ſo li qui uitam ſolitariam agit: ſed & parẽtibus: & natis:& uxori:& amicis omnino:ac ciuib9. Quãdoquidem homo natura ciuilis eſt: atq; ſumendus eſt in his terminus quidam: nam ſi ad parentes hoc ipſum & natorum natos & amicorum amicos extẽderis in infinitum fiet progreſſio. Sed de hoc conſiderãdum eſt poſt ea. Id autem ſufficiens eſſe ponimus:qđ ſolum a cæteris ſegregatum expetibilem ui= tam facit:reiq; nullius indigentem. Tale au= tem fœlicitatem ipſam eſſe exiſtimamus. Et inſuper cum non numeratur cũ cæteris maxi

me omnium expetibilem: cum numeratur magis ut par eſt expetibilẽ cũ mĩmo bonorũ eſſe putamus. Augumentũ enim bonorum fit id quod adiungitur. Id autem ſemper magis eſt expetibile quod maius eſt bonum. Perfectum igitur quid & ſufficiens eſt fœlicitas cum ſit rerum agendarum omnium finis.
¶ Sed forſitan fœlicitatẽ quidem ſummũ eſſe dicere bonum ab uniuerſis concedit. Deſideratur autẽ ut dilucidius quidnã ſit ipſa dicatur. Hoc igit fortaſſe fuerit ſi opus hominis caperet. Vt enim modulatoris: ſtatuarii: cæterorumq artificũ: & eorũ omniũ omnino: quorz eſt opus aliquod actioue. Bonum & id quod bene ſeſe habet in ipſo opere uidet conſiſtere: ſic & hominis bonum in opere ipſius eſſe conſtabit: ſi ſit ipſius aliquod opus. Fabrine igitur & ſutoris opera ſunt quædam actiones ue: hominis autẽ nullum eſt opus: ſed eſt ocioſus homo natura. An ut oculi: manus: pedis: & cuiuſq omnino partis aliqd opus eſt: ſic & hominis præter hæc omnia quiſpiã aliquod poſuerit opus. Quid igit id fuerit tandem? Viuere enim homini cum plantis commune eſt. Opus autem proprium ipſius hominis quæritur. Segreganda eſt ergo nutriẽdi augendiq uita. Hanc ſentiendi ſequitur uita. At ipſam etiã homini cũ equo ac boue om

niq; animali cõſtat eſſe cõmunem. Reſtat igitur actiua quædã uita rationẽ habentis. Huius autẽ aliud eſt ut obediens rationi: aliud ut eam habens atq; intelligens. Sed cũ hæc etiã bifariam dicatur. ea ponẽda eſt quæ eſt actu. Hæc enim magis ꝓprie dicit̃ uita. Eſt igitur opus hominis: operatio animæ per rationẽ: aut non ſine ratione. At uero opus huius: ac ſtudioſi huius idẽ eſſe genere dicimus: ut Citharedi: ſtudioſiq; citharedi. Et hoc in oĩbus abſolute operi adiuncta perfectione quæ eſt ꝓpria uirtute. Citharedi nãq; opus eſt citharam pulſare ſtudioſi uero bene pulſare. Eodẽ modo cũ hoĩs opus uitam quandã eſſe ponamus. & hãc ipſam operationem animæ: atq; actus cũ ratione. Studioſi ꝓfecto uiri hæc ipſa ſunt: cum bene recteq; fiunt. Singula autẽ bene per propriã uirtutem efficiuntur. Quæ cum ita ſint; fit ut bonum humanum animæ ſit operatio per uirtutem. Et ſi plures ſint uirtutes per optimã nimirum & perfectiſſimã: & in inſup in uita perfecta. Ver enim nec una facit hirundo: nec unus dies: & beatum hominem eodem modo: fœlicemue nec unus dies: nec breue ullum efficit tempus.

❡ Sũmum igitur bonũ hoc circũſcriptũ ſit modo. Primũ nãq; forſitan: ut figuram quandam deſcribere: poſtea depigere ipſum opor

tet. Videtur autem cuiuſlibet eſſe ea: quæ bene ſunt circũſcripta ꝓducere: & explicare atq; exponere. Tempuſq; talium inuentor eſt aut adiutor bonus. Vnde & artiũ facta ſunt incrementa. Eſt enim cuiuſuis id qđ deeſt ſupplere: ac addere. Oportet autẽ & ea quæ ſupradiximus in memoria habere: & ipſum exactum non in oĩbus eodẽ modo. ſed in ſingulis: & ut patitur ſubiecta materia: & eouſq; quouſq; ad doctrinã attinet flagitare. nã faber & geometres diuerſo modo angulũ rectũ inqrunt. Alter enim quoad utilis eſt: ad opus. Alter quid nã ſit: & quale qd ipſum inqrit. Contẽplator enim eſt ueritatis. Idem modus & in cæteris eſt ſeruãdus: ne his quæ iſtituimus agere: plura fiant ea: quæ fines illoꝝ egrediunť. nec in oĩbus ſimili modo cauſa poſtulanda eſt. Sed ſat eſt in quibuſdã ſi bene demõſtrata fuerint eſſe. Quod quidẽ & in ipſis principiis fit: atq; hic modus primus eſt: & principium. Principiorũ aũt alia inductione: alia ſenſu: alia aſſuetudine quadã: alia alio modo ꝑſpiciunť. Enitẽdum eſt aũt ſingula ꝑtractare: ut ſuapte natura ꝑcipi poſſunt: & adhibenda eſt diligẽtia ut bene definianť. Nã magnã ad ea quæ ſequuntur afferunt opem. Principiũ enim plus q̃ dimidiũ totius eſſe uideť: & eoꝝ quæ quærunť complura per ipſum manifeſta fieri ſolent.

Capitulum. V.

Onſiderandum eſt igitur de ipſa
c non ex concluſione ſolum: & iis ex
quibus eſt ipſa ratio: ſed ex iis etiã
quæ de ipſa dicuntur. Vero nãqꝫ
omnia quæ competunt conſona ſunt: a falſo
autem cito ipſum diſcrepat uerum. Cum igi-
tur bona in tria ſint diuiſa. & alia externa: alia
circa animam alia circa corpus bona dicãtur:
ea quæ ſunt circa animam propriiſſime maxi-
meqꝫ dicimus bona. At actus & operationes
animæ circa animã eſſe ponimus: quare hac
opinione cũ antiqua tum a philoſophãtibus
cõceſſa bene dicitur finem ipſum actus quoſ-
dam & operationes eſſe: ſic enim fit: ut ſit ex
ipſis aĩæ bonis: & non ex bonis externis. Con
ſonum eſt etiã ipſi rationi & id quod dicit. fœ
licem iquã bene uiuere: beneqꝫ agere: fere eni
bona quædã uita: bonaqꝫ actio dictus eſt. cun
cta præterea quæ circa fœlicitatẽ quærunt ei
quod dictum eſt ineſſe uidentur: aliis nãqꝫ uir
tus: aliis prudẽtia: aliis ſapiẽtia quædam: aliis
hæc aut horum aliquid cũ uoluptate: aut non
ſine uoluptate fœlicitas eſſe uidetur. Sunt &
qui externam etiam affluentiam ſimul accipi
unt: atqꝫ hæc partim multi & antiqui partim
pauci uiriqꝫ dicũt præclari. quorum neutros
tota uia aberrare: ſed aliqua ex parte: & in

pluribus uera attingere conſentaneum eſt ra=
tioni.Eoꝝ igiť ſentētiæ qui uel omnē:uel ali
quā uirtutem fœlicitatē aſſerunt eſſe:ipſa ra=
tio cōſona eſt. Huius eſt eni ea operatio:quæ
per ipſam efficiť. Intereſt autē fortaſſe nō pa
rum in poſſeſſione an in uſu & in habitu: an
in operatione ſummum cōſiſtere bonum pu
tare. Fieri enim poteſt:ut habitus quidem &
ſi ineſt nullum efficiat bonum:ut in dormien
te uel etiam alio modo quodam ocioſo facto:
ut operatio autem nihil efficiat boni fieri ne=
quit:qui nāq; operatur:aget utiq; neceſſario:
& bene etiam aget: atq; ut in olimpia non hi
qui ſunt elegantiſſimi forma: p̄ſtantiſſimiq;
robore: ſed ii qui decertant coronis afficiun=
tur: ipſorum enim aliqui uincunt: ſic & qui
bene agunt eorum quæ ſunt in uita pulchra
bonaq; compotes fiunt.

¶Eſt aūt uita ipſorum per ſe iocunda:nam
uoluptate quidem affici ex his eſt quæ ad ani=
mam pertinēt. Id autem eſt cuiq; uoluptati:
cuius amator diciť unuſqſq;:ut æquus æquo=
rum amatori:& ſpectaculum ſpectaculorum
identidem amatori. Eodem modo & amato=
ri iuſtorum iuſta:& omnino uirtutum ama=
tori:ea quæ per uirtutem efficiūtur. Quæ igi
tur uoluptati ſunt uulgo:eo repugnātia ſunt
propterea ꝙ non natura talia ſunt:ſed amato

tibus honeſtatis ea ſunt uoluptati: quæ ſunt natura iocunda. Tales autē eæ ſunt actiones: quæ a uirtute emanāt. Quare & his ipſæ ſunt uoluptati: atq; per ſeipſas iocundæ. Ipſorum igitur uita nō indiget uoluptate tanq̄ aliqua foris adiungenda: ſed habet in ſeipſa uoluptatem. Præter enim ea quę dicta ſunt neq; bonus is eſt: qui bonis & honeſtis actionib⁹ non delectatur. Nam neq; iuſtum eum quiſq̄ dixerit qui iuſtis non gaudet: neq; liberalem enim qui liberalibus actionibus non delectatur: & in cæteris eodem modo. Quod ſi hæc ita ſūt: actiones eæ quæ a uirtute proficiſcuntur per ſeipſas ſunt uoluptati atq; iocundæ. At uero bonæ quoq; ſunt & etiam pulchræ: atq; horum unumquodq; maxime ipſis competit: ſi recte de his ipſe iudicat ſtudioſus: iudicat autem ut eſt dictum. Optimū ergo & pulcherrimum & iocundiſſimum eſt ipſa fœlicitas: & non ſeiungunt hæc: perinde atq; in illo Deliaco carmine ſeparantur.

¶ Summe eſt pulchrum ex aſtrea quod gignitur alma.
Optima ſi ualeas res eſt: quod q̄libet optat.
Summe eſt iocundum ſi re potiaris amata.
Hæc enim operationibus omnia cōpetunt.

¶ Has autem ipſas aut unam ipſarum quæ ſit optima fœlicitatem ipſam dicimus eſſe.

uirtus est alia quedam animi secundu nigrum ...

Videtur tamen & externis indigere bonis:ut diximus. Fieri enim non poteſt:aut non facile fit:ut is res agat præclaras:cui facultates deſunt. Multa nanq; per amicos.per diuitias:per ciuilem potētiam:tanq̄ per inſtrumenta agūtur:quibuſdam autem carentes ut nobilitate:bona prole:pulchritudine beatitudinem maculant. Non enim ſatis ad fœlicitatem idoneus eſt:qui pœnitus eſt deformis : aut ignobilis:aut ſolitarius ſine prole:& minus etiā fortaſſe ſi cui perpraui ſint filii:uel amici:aut boni mortui ſint. Vt igitur diximus uidetur fœlicitas & talis indigere ꝓſperitatis. Vnde quidam proſperitatem fortunæ : quidam uirtutem fœlicitatem eſſe dicunt.

¶ Tractatus tertius. ¶ Capitulum. I.

u Nde & dubitatur utrum diſciplina : an aſſuetudine : an alio quodā modo per exercitium acquiri poſſit:an aliqua diuina ſorte:an & ob fortunam proueniat. Si igit̃ & aliquid aliud deorum eſt munus hominibus cōſentaneum eſt rationi & fœlicitatem a diis ipſis dari : & eo magis quo cæteris humanis bonis eſt præſtabilius. Verum hoc ad aliam magis conſiderationem forſitan pertinet:uidetur tamen & ſi non a diis immortalibus mittitur:ſed uirtute diſciplinaue quadam uel exercitatione cō

paratur diuiniſſimum eſſe. Præmium enim finiſq; uirtutis optimum & diuinum quodam atq; beatũ eſſe conſtat. Eſt præterea multum commune. Fieri nãq; poteſt ut diſciplina quadam ac diligentia ab uniuerſis iis comparetur: qui nullo principio labefactato idonei ſunt ad conſequendum uirtutem. Quod ſi melius eſt hoc modo q̃ ob fortunam fœlicem eſſe: rem ita ſe habere conſentaneum eſt rationi. Siquidem ea quæ ſunt ſecundum naturam: ut q̃optime ſeſe habere poſſunt: ſic ſe habent ſuapte natura & ea ſimiliter: quæ per artem conficiuntur: atq; ab omni proueniũt cauſa: & ea maxime quæ a p̃ſtabiliſſima profiſciſcuntur. Id autem quod maximum atq; pulcherrimum eſt fortunæ aſcribere abſurdum uidetur imprimis. Patet etiam ex ipſa ratione quod quæritur. Dicta eſt enim operatio animæ per uirtutem: cæterorum autem bonorum alia inſunt neceſſario: alia adiuuant: ſuntq; utilia: ut inſtrumenta: hæc & his conſona ſunt quæ in principio diximus. Ipſum eni finem facultatis ciuilis optimũ ponebamus: hæc autem magnam adhibet diligentiam: ut ciues ipſos diſponat bonoſq; faciat & ad honeſtas res agẽdas idoneos reddat. Merito igitur nec bouem nec æquũ nec aliud quicq̃ animantium dicimus fœlix. Quippe cum fieri

nequeat ut ipſorum quicq̃ talis ſit particeps operationis. Hanc autẽ ob cauſam neq; puer eſt fœlix: nondum enim eſt idoneus ad res tales agendas propter ætatem: qui dicũtur fœlices ob ſpem dicũtur. Eſt enim opus ut diximus & perfecta uirtute & perfecta etiam uita. ¶ Multæ nãq; mutationes in uita fiunt uariæq; fortunæ. Atq; fieri poteſt ut is qui maxime bonis abundat in magnas incidat in ſenectute calamitates: ut i Heroicis de Priamo dicitur. Eum autem qui tali fortuna eſt uſus & miſerabiliter obiit: nemo fœlicem dicet.

¶ Capitulum. II.

Vllus ne igitur homo fœlix q̃diu uiuit dicendus eſt: ſed Solonis ſententia finẽ ſpectare oportet. Quod ſi & ita ponendum eſt: tum ne fœlix eſt: cum e uita deceſſerit: an id abſurdũ eſt pœnitus nobis: p̃ſertim qui fœlicitatẽ operationem quãdam dicimus eſſe: quod ſi mortuum fœlicẽ nõ dicimus: neq; Solon id uult: ſed tunc dici beatum hominem tuto poſſe: quia iam eſt extra omnia mala calamitateſq;: habet quidem & hoc controuerſiam quandã: mortuo namq; bonum & malum uidetur aliquod eſſe: ſiquidem & uiuenti non autem ſentienti: ut honores: infamiæ: & filiorum poſteriorũq; omnino proſperitates atq; aduerſita

tes. Dubitationem autem & hæc afferunt:ei nãq; qui ad ſenectutem uſq; beate uixerit: ſecundũq; rationem deceſſit multas circa poſteros accidere mutationes contingit:& alios ipſorum eſſe bonos uitamq; cõſecutos eſſe pro dignitate:alios contra. Conſtat autem & diſtantiis ad parentes multis uariiſq; modis ipſos ſeſe habere poſſe: abſurdum igitur eſt: ſi defunctus ſimul etiam mutaretur:& nũc fœlix fieret:nunc miſer. Abſurdum eſt etiam & minime nec aliquod ad tempus poſteriorũ ad parentes res pertinere:ſed redeundum eſt ad id quod prius eſt dubitatum:ex illo namq; & id quod nunc quæritur fortaſſe perſpicietur. Si igitur finem ſpectare oportet & tunc beatum dicere quemq;:non quia beatus tunc eſt:ſed ꝙ prius erat. Quomodo nõ eſt abſurdum ſi cum eſt fœlix non uere de ipſo dicetur quod ineſt:quia uiuentes dicere beatos ob mutationes nolumus. Et quia fœlicitatẽ quidẽ ſtabile quoddam:nulloq; modo facile mutabile eſſe putamus. Fortunam autem in eiſdem ſæpe reuolui: nam ſi fortunã ſequamur ſæpenumero fœlicem ac miſerum eundem dicemus. Cameleontem quendam oſtendentes ipſum fœlicem eſſe ac debiliter collocatũ: an fortunam ſequi nullo modo eſt rectum. Non eſt enim in ipſa bene uel male uiuere ſi-

tum:ſed indiget humana uita ipſius : ut diximus. Operationes autem eæ quidē quæ a uirtute proficiſcuntur fœlicitatis : eæ uero quæ ſunt contrariæ contrarii dominæ ſunt. Atteſtatur huic ſentētiæ & id quod nunc dubitauimus:etenim nullis in operibus humanis tāta eſt firmitas quāta eſt in operationibus hiſce: quæ a uirtute ꝑficiſcunt̄ : eæ nāq; ſtabiliores & ſcientiis ipſis eſſe uident̄. Harū autē ipſarū eæ quæ cæteris antecellunt maxime ſtabiles ſunt:ꝓpterea ꝙ in his ipſi beati & maxime & continuatiſſime uiuunt. Hoc enim ſimile eſt cauſæ ut ipſarum non fiat obliuio. Id igitur quod quæritur cōpetit ipſi fœlici:& erit talis per uitā : nam ſemper aut maxime ea aget & contemplabitur:quæ prodeunt a uirtute fortunamq; feret pulcherrime:& omni ex parte concinne ac æquabiliter. Quippe qui uere bonus atq; quadratus eſt ſine uituperatione. Cū autē a fortuna multa eueniant & magnitudine paruitateq; differant:parua quidē ſiue ſint ſecūda ſiue aduerſa cōſtat non facere uitæ momentum. Grādia uero ac multa ſi ſecūda ſint: beatiorem uitam efficiunt. Quippe cum ad decorandum ſint apta:& uſus ipſorū pulcher ſtudioſuſq; fit. Sin aduerſa præmunt lædūtq; uitam beatam. Afferūt enim dolores & multas operationes impediūt. Attamen & in iis

ipſis perlucet ipſa honeſtas cum multas quiſ-
piam ac magnas aduerſitates facile pfert: nõ
ob indolentiã rectius: ſed quia generoſus eſt
atq magnanimus. Quod ſi operationes do-
minæ ſunt: ut diximus: uitæ nemo beatorum
fuerit miſer. Nunq̃ enim odioſum quicq̃ atq
improbũ aget. Eũ eni qui uere bonus eſt atq
prudens fortunã omnẽ decore perferre: pro
facultateq rerũ ſemper res pulcherrimas age
re ut & ducẽ bonum præſentibus uti caſtris
ad optime gerendum bellũ: & bonũ item ſu-
torem ex ſibi datis pellibus pulcherrimũ con
ficere calceum: cæteroſq omnes identidem ar
tifices arbitramur. Quæ cũ ita ſint: miſer qui
dem nunq̃ fuerit ipſe fœlix: beatus tamen nõ
erit ſi in Priami calamitates īciderit. Nec igit̃
uarius facileq mutabilis erit. Neq eni ex fœ-
licitate facile aut a quibuſuis: ſed ab ingẽtibus
& multis aduerſitatibus dimouebit̃: & ex tali
bus nõ in paruo ſed in lõgo quodã pfecto ue
tẽpore rurſus fuerit fœlix magnas in eo res
pclaraſq nactus. Quid igit̃ obſtat eũ fœlicẽ
dicere qui per uirtutẽ operat̃ perfectã & bo-
nis externis ſatis abundat: nõ quouis in tem-
pore: ſed in uita perfecta? an eſt addendum &
ita eſt uicturus: & ſecundum rationem mori-
turus. Quippe cum futurũ quidem incertũ
ſit nobis: fœlicitatẽ autem finem & omnino

perfectam omni ex parte ponamus. Quod ſi ita ſit eos quibus ea quæ diximus & inſunt & inerũt beatos dicemus. Beatos autem homines. Sed de his quidem eouſq; ſit definitum.

❡ Capitulum. III.

f Ortunam autem poſteriorũ amicorum omnium nihil conferre lõge ab amicitiæ finibus diſcedere: & opinionibus cõtrarium eſſe uidetur. Cum uero multa ſint ea quæ eueniũt: uariaſq; differentias hẽant: & alia magis: alia minus conferant. In ſingula quidem ipſa diuidere prolixum & infinitum eſſe cõſtat. Sat autem erit fortaſſe ſi de his ipſis uniuerſaliter figuraq; dicetur. Vt igitur aduerſitatum eaꝝ quæ beatis eueniunt: aliæ põdus aliquod momentũq; habent ad uitam: aliæ ſunt leuiores: ſic ſeſe habẽt ea quæ circa amicos accidũt oẽs. Viuentibus autem an mortuis calamitas accidat multo magis refert q̃ res nefandæ graueſq; an agant̃: an in tragœdiis recitẽtur. Animaduertenda eſt igitur differentia hoc etiam modo: immo uero conſiderandũ forſitan eſt ſi cuiuſpiam boni uel mali participes fiant defuncti. Videtur igitur etiam ſi quippiam ex his ad ipſos perueniat ſiue bonum: ſiue cõtrarium exile quid ac paruũ aut ſimpliciter: aut illis eſſe ſi minus tm̃ ac tale ut neq; beatos eos

efficiat qui beati non ſunt; neq; beatitudinem auferat a beatis. Videntur igitur tam proſperitates q̃ aduerſitates amicorum aliquid defunctis afferre. Tale aũt ac tm̃ ut neq; fœlices infœlices: nec aliud quicq̃ huiuſcemodi faciat.

Tractatus quartus. Capitulum. I.

His determinatis de fœliciate cõſideremus utrum laudabile ſit: an potius honorabile. Conſtat enim potentiã non eſſe: omne laudabile ex eo laudari uidetur quia eſt affectũ aliqua qualitate: & aliquo modo ſeſe habet ad aliquid. Iuſtum enim & fortem & bonum oĩno uirum atq; uirtutem ob opera laudamus & actiões. Robuſtum etiam idoneũq; ad curſum hoiem & cæterorum quẽq; ſimiliter laudamus quod affectus eſt aliq̃ qualitate & ad bonum aliquod ſtudioſũq; refert. Id ita eẽ patet & ex deorum laudibus: nam cum ad nos referunt ridiculi ſane uidẽtur. Quod quidẽ ex eo fit: quia laudes: ut diximus per relationẽ efficiunt. Quod ſi laus talium eſt: conſtat optimorum non eſſe laudẽ ſed maius aliqd̃ p̃ſtabilius ue: quẽadmodũ & uidet: nam & deos beatos fœliceſq; dicimus; & uiros etiã eos qui maxime ſunt diuini & terũ bonarum ſil'i modo: nemo nãq; fœlicitatẽ laudat ut iuſtitiam: ſed ut diuinius quoddã p̃ſtabiliuſue rem dicit

C

eſſe beatam. Videtur autem & Eudoxus recte uoluptati primas defendiſſe ptes: id enim uoluptatem inquam quæ quidem eſt bonũ non laudari indicare putabat præſtabiliorem ipſam eſſe rebus laudabilibus uniuerſis. Talem autem deum & ſummũ bonum eſſe dicebat: ad hæc enim cætera uniuerſa referri: etenim laus quidẽ uirtutis eſt: hac enim ad res honeſtas agẽdas idonei fiunt. Cõmendationes autem operum ſunt ſimili modo tam corporis q̃ etiam animæ. Verum hæc quidẽ exacte diſcutere magis ad eos forſitan pertinet qui laudandi munere funguntur. Nobis autem pſpicuum ex his quæ diximus fuit fœlicitatem ex his eſſe que honorabilia ſunt & perfecta. Videtur autem & ex eo ſic ſe habere quia principiũ eſt. Cætera enim gratia eius agimus omnes: principium uero cauſamq; bonorum honorabile quoddam & diuinum dicimus eſſe.

ℭ Capitulum. II.

c Vm autem fœlicitas animæ quædam per uirtutem perfectã ſit opatio: de uirtute conſideremus oportet. Hoc enim modo melius forταſſe de fœlicitate etiam cõtemplabimur. Videtur autem & is qui uere ciuilis eſt circa hãc maxime elaborare: uult enim ipſos ciues bonos efficere legibuſq; obtemperantes, atq; ho

rum exemplum legum latores:tum Cretensiũ tũ Lacedæmoniorũ habemus: & ſiq alii tales fuere. Q đſi hæc cõſideratio ciuilis eſt facultatis cõſtat inqſitionẽ hanc pinde ut ab initio ppoſuimus ac iſtituimus fore. De uirtute autẽ humana cõſiderandũ eſt:bonum enim humanũ fœlicitatẽue quærebamus humanam: uirtutem uero humanã diximus non eã quæ corporis eſt:ſed eam quæ animæ:& fælicitatẽ enim operationem aĩe dicimus. Que cum ita ſint patet ipſum ciuilẽ aliqua ex parte de aĩa ſcire oportere:quẽadmodum & eum qui curaturus eſt oculos:totũq; corpus de ipſis ſcire oportet: & eo magis q facultas ciuilis honorabilior eſt atq; præſtabilior medicina. Elegantes etiam medici multa plane circa cognitionem corporis tractant:& ciuilis igitur ipſe de aĩa contẽpletur oportet. Hoꝝ autẽ gratia & quoat ſatis eſt ad ea quæ hic quærunt:nam ulterius exactiuſue cõſiderare maius eſt opus difficiliuſue fortaſſe q̃ ea quæ proponuntur.

¶ Dicunt aũt & in externis ſermonibus aliq̃ de ipſa ſufficiẽter & utendũ eſt ipſis ut partiũ eius aliã rõnẽ uacare: aliã rõnem habere:atq; nihil in pſenti refert diſtinctæ ſint hæ perinde atq; corpis ptes & oĩe partibile:an rõne qdẽ ſint duæ:re uero ſeiungi nõ poſſint:ut in circũferentia ſeſe habẽt cõcauum & cõuexũ. Par

tis autem ratione uacantis alia quidem comu
nis eſt & uegetatiua. Loquor autẽ de ea quæ
cauſa eſt ut id quod ipſam habet nutriatur:in
crementaq; ſuſcipiat. Talem enim animæ po
tentiam in uniuerſis quæ nutriunt quiſpiam
poſuerit & in fœtibus:& hanc eandem etiam
in perfectis. Eſt enim magis conſonum ratio
ni eandem q̃ aliquã aliam ponere. Huius igi-
tur uirtus cõmunis quædam & non humana
uidetur. Nam hæc pars & potentia in ſom-
niis maxime operatur. Bonus autem & ma-
lus minime in ſomno diſcernitur. Quapro-
pter inquiunt a miſeris fœlices in dimidio ui-
tæ nihil differre. Hoc autẽ recte accidit:ſom-
nus enim ocium eſt animæ: tam ſtudioſæ: q̃
uitioſe:niſi parumper motus proueniant ali
qui:atq; ita modeſtorum meliora:q̃ quorum
uis uiſa fiant. Sed de his quidem hactenus:&
nutriendi potẽtia cum expers ſit humanæ uir
tutis omittenda eſt. Videtur autẽ & alia quæ-
dam eſſe natura animæ uacãs ratione: aliqua
tamen ex parte particeps rationis. Continen
tis enim & incõtinentis ratiõem:idq; animæ
quod ratiõem habet laudare ſolemus. Recte
nãq; & ad optimas res inuitat:in ipſis autẽ &
aliud qd præter rationẽ ineſſe cõſtat:qđ qui-
dem repugnat reſiſtitq; rõni:nam ut diſſolu-
te corporis p̃tes ſi ad dexterã mouere uelis in

ſiniſtram feruntur. Sic plane fit & in aïa. Ad cõtraria enim incõtinentium appetitiones ferunt. Verum in corporibus quidẽ cernimus ea quæ ad contrariam partem ferũtur. In aïa uero non cernimus. Fortaſſe autem non minus & in aïa putãdum eſt eſſe aliquid præter rationẽ quod huic aduerſatur & obſtat. Dicere uero quo modo eſt diuerſum nihil refert. Videtur aũt & hoc rationis uti diximus particeps eſſe. Paret enim in ipſo continente rationi: & in tẽperante ac forti magis forſitan eidẽ obtemperat. Oïa enim in illis ſunt conſona rationi. Pars igitur animæ ratione uacãs eſt duplex. Vegetatiua nãq; nullo modo ratiõis eſt particeps ſed cupiendi uis & oïno appetendi rationis eſt quodãmodo particeps ea ratione qua obedit ipſi atq; obtẽperat; ſic & patris & amicorum & nõ ut rerum mathematicarum dicimus ratiõem habere. Hãc autem partem ratione uacãtẽ rationi obtẽperare admonitiones & increpationes & cohortationes etiã indicant: quod ſi oportet hãc quoq; partẽ dicere rõnẽ habere duplex & ea pars erit quæ rationem habet. Et una quidem proprie & in ſe ipſa. Altera uero ut his qui obtemperat patri.

¶ Diuiditur autem & uirtus hac differentia. Virtutum enim alias intellectiuas; alias morales dicimus eſſe. Liberalitatem autem & tẽ-

perãtiam morales : nam cum de moribus cuiuſpiam loquimur non ſapiẽtem illum aut ſagacem: ſed mitem aut tẽperãtem dicimus eẽ. Laudamus autem & ſapientem ob habitum. At habituum eos qui laudabiles ſũt uirtutes appellare ſolemus.

¶ Liber ſecũdus ethi.

¶ Tractatus primus.

¶ Capitulum. I.

Cum autem uirtus ſit duplex: intellectiua inquam: atq; moralis. Intellectiua quidẽ plurimũ ex doctrina generationẽ habet & icremẽtũ. Quapropter experientia indiget tpeq;. Moralis autẽ aſſuetudine comparat: unde & nomẽ habuit tale. Ex quo patet nullã fieri uirtutem morũ in nobis natura. Nihil enim eorum quæ ſnnt natura aliter aſſueſcit: ut lapis: cu quidẽ natura cõpetit ferri deorſum: nunq̃ aſſueſcit ferri ſurſum: neq; ſi millies ipſum aſſuefaciẽdi cauſa quiſpiam ſurſum proiiceret. Simili modo nec ignis ferri deorſum: nec aliud quicq̃ aliter q̃ ſibi natura cõpetet aſſueſcet. Neq; igit natura: neq; præter naturã uirtutes in nobis efficiunt ſed idonei quidẽ ad ipſas ſuſcipiẽdas ſumus natura. Suſcipimus aũt ipſas atq; pficimur per cõſuetudinẽ. Præterea eorũ quæ in nobis fiunt natura: potẽtias prius acci

pimus:deinde reddimus operationes: quod quidem in ipſis ſenſibus intueri licet. Nõ eni ex eo quia uidimus uel audiuimus ſæpe ſenſus accepimus:ſed cõtra hẽntes uſi ſumus:nõ uſi accepimus. At uirtutes accipimus operati prius:quẽadmodũ & in artibus. Quæ nãq; poſtea q̃ didicerimus facere oportet:ea faciẽtes diſcimus. Ædificatores eteni ædificantes: & citharedi pulſantes citharã fiunt. Pari modo iuſta agẽtes iuſti:& modeſta modeſti:fortiaq; fortes efficimur. Teſtaẽ hoc & id quod in ciuitatibus fieri ſolet. Legum nãq; latores ipſos ciues aſſuefaciẽtes bonos efficiunt:atq; omnis quidem legumlatoris hæc eſt uoluntas:qui uero non bene id faciunt peccant:atq; hoc ipſo. Reſp. bona a mala differt. inſuper ex eiſdem & per eadẽ omnis uirtus & ars ſimiliter & fit:& corrumpiẽ. Ex eo nãq; q̃a pulſant citharam & boni & mali fiunt citharedi. Simili ratiõe & ædificatores & cæteri oẽs: nam ex eo quia bene ædificant boni: & ex eo q̃a male mali fiunt ædificatores: & fabri. Quod niſi ita ſeſe haberet nõ eſſet opus docente:ſed omnes boni fierent aut mali. Sic igiẽ & in uirtutibus res ſeſe habet:agentes eni ea quæ ſunt in cõmertiis hoium: alii iuſti: alii iniuſti fiunt. Agentes etiam ea quæ ſunt in terribilibus rebus timereq; aſſueſcẽtes:aut cõfidere:alii for-

tes: alii timidi fiunt: alii temperati ac iracũdi: ex eo plane qa hoc in ipſis aut hoc modo uerſantur. Atq; ut breuiter dicam om̃es habitus ex op̃ationibus ſimilibus fiunt. Quapropter tales quaſdam operationes reddere oportet. Ipſarum nãq; differentias habitus ipſi ſequũtur. Non igitur parũ ſed plurimum: quin potius totum refert ſic an non ſic hoĩes ab adoleſcentia conſueſcant. Capitulum. II.

Cum autem præſens tractatio nõ cõtemplationis ſit ut cæteræ gratia: nõ enim ut ſciamus quidnam ſit uirtus: ſed ut efficiamur boni conſideramus: nam nulla ipſius eſſet utilitas. De actibus quonam modo ſint agendi conſiderare neceſſe eſt: hi nãq; ſunt auctores ut tales quidam ipſi habitus fiant: quemadmodũ diximus. Agere igitur ratione recta cõmune eſt & ſupponatur: poſterius autem de ipſo dicetur: & quid eſt ipſa recta ratio: & quomodo ad cæteras ſeſe habet uirtutes. Illud autem antea cõfiteamur oportet: omnem ſermonem qui eſt de rebus agendis figura & non exacte fieri debere: quemadmodum & ab initio diximus: rationes inquã ut materia poſtulat ſemper eſſe efflagitandas: actiones autẽ & ea quæ p̃ſunt nullã habent ſtabilitatẽ quẽadmodum neq; ſalubria ipã. Atq; cum talis ſit ſermo uni

uerſalis multo minus is ſermo certitudinis ha-
bet qui de ſingularibus eſt: nam neq; ſub artē
neq; ſub præceptionē ullam cadunt: ſed opor
tet ipſos agētes ea ſemp cōſiderare quæ ad tē
pus accōmodant: queādmodum & in medici
na fit & in gubernādi etiam arte. Verum & ſi
pñs ſermo talis eſt uti diximus: enitēdum eſt
tñ opem & auxilium ferre. Primū igitur hoc
contemplemur oportet: res iſtiuſmodi tales
eſſe: ut a nimio corrūpant & pauco: ut in uiri
bus uidemus ac ualitudine fieri. Nam pro re
bus obſcuris claris inditiis utamur oportet.
Nimii nāq; labores paucíq; uires corrūpunt:
ſilr potus cibiq;: tam nimii q̄ pauci ualitudinē
auferūt. Moderati uero faciūt augent & con-
ſeruāt. Sic igit & in fortitudine: ac tēperantia
cæteriſq; uirtutib⁹ res ſeſe habet. Qui nāq; cū-
cta fugit atq; formidat: neq; qcq̄ ſubire perfer
req; patit is timidus fit: qui nihil oino timet:
ſed aggredit oïa is audax nimirum efficit. Si-
mili modo qui uoluptate omni potit: nec ex-
cipit ullam intēperās: qui cūctas fugit perinde
atq; agreſtes hoies inſenſatus euadit: etenim
tam tēperātia q̄ fortitudo: a nimio quidem &
pauco corrūpit: a mediocritate aūt cōſeruat.
At enim non ſolū ortus & incrementa corru-
ptioneſue ex eiſdē & ab eiſdē efficiūtur: ſed &
opationes in eiſdē etiā erūt: nam & in cæteris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quæ ſunt manifeſta magis res ita ſeſe hēre uidet:ut in uiribus. Vires.n.nō tam copia cibi q̄ multoꝝ laboꝝ tolerātia cōparanť:& robuſtus ipſe multū ſumere cibum & multos labores tolerare maxime poteſt:ſic fit & in uirtutibus ipſis:nā abſtinendo a uoluptatibus efficimur tēperati:& facti iam tēperati maxime ab ipſis poſſumus abſtinere. Idē & in fortitudine fit:eteni aſſueſcēdo formidoloſas res paruipēdere ſubireq; ipſas atq; pferre fortes euadimus:factiq; fortes maxime res formidoloſas poterimus ferre.

¶ Capitulū. III.

AT qui ſignū habituū ſit oportet ea uoluptas quæ ipſis actōib⁹ aduenit & idētidē dolor. Qui nāq; a corpis abſtinet uoluptatibus: ſi hoc ipſo gaudet tēperās eſt:ſin moleſte fert intēperās. Rurſns qui picula ſubit & gaudet:aut ſaltem nō dolet fortis:q uero dolet timidus eſt. Moralis nāq; uirt⁹ circa uoluptates doloreſq; uerſať:ob uoluptatē.n.res iprobas agimus: ob dolorē uero res poſt hēmus honeſtas. Quapropť hoies ab ipa ſtatim adoleſcētia:ut inqt Plato:ita iſtitutos eē oportet:ut iis gaudeant doleātq;:qb⁹ dolere gaudereq; oportet. Hæc eſt eni educatio ac eruditio recta. Præterea ſi uirtutes ſunt circa actiōes atq; affectus:omnē uero affectū & actionē oēm uoluptas ſequiť:

aut dolor. Virtus ob idipſum etiã circa uoluptates doloreſq; uerſat̃. Indicant id ita eſſe & pœnæ:qppe cum per ipſos fiãt dolores. Sunt eni medicamẽta quædã. Medicamẽta aũt per cõtraria fiunt. Præterea oĩs habit⁹ animi ut & antea diximus:ad eas res & in his ſuã hẽt naturã:a qbus deterior : meliorq; efficit̃. At ob uoluptates doloreſue:praui habit⁹ fiũt:ex eo ſane qa pſequunt̃ hoies atq; fugiunt aut quas & quos nõ oportet:aut cum nõ oportet:aut quẽadmodum non oportet:aut quot modis aliis a rõne talia præſcribunt̃. Quapropter & ſunt qui definiẽtes uirtutes:affectuũ ipſas inquiũt eſſe uacuitates tranqllitateſue qſdã. Sed nõ recte qa ſimplr dicũt & nõ addũt ut oportet:& qñ oportet:& cætera quæ addunt̃. Virtus ergo talis ſupponit̃ eẽ facultas agẽdi res optimas circa uoluptates atq; dolores:uitiũ aũt cõtrarium. Fuerit aũt nobis de ipſis:& ex his etiã manifeſtũ:nam cũm tria ſint ob quæ quiſpiã expetit:honeſtũ:utile:iocundũ & tria illis contraria ob quæ fugit:turpe:inutile:atq; moleſtũ : bonus qdem uir circa hæc oia recte agit:malus autẽ peccat:& maxime circa uoluptatem. Hæc enim & cõmunis eſt aialibus:& omnia quæ in expetitiõem cadũt comitatur. Quippe cum & honeſtum : & utile uideatur eſſe iocundũ. Præterea cũctis una cũ homini-

bus ab ipſis in cunabilis eſt enutrita. Quapropter arduū eſt hūc affectū inſitū uitæ extrudere. Iudicamus etiā & actiōes ipſas: alii magis: alii minus uoluptate atq; dolore. Idcirco totū ipm negociū circa hæc eſſe neceſſe eſt. Nō eni parꝝ pōt ad actus bñ aut male gaudere aut dolere. Difficilius eſt etiā ut Heraclito placet uoluptati repugnare q̃ iræ. At circa difficiliꝰ ſemper & ars fit & uirtus; id. n. qđ in hoc efficit bñ pſtabilius eſt. Quare ꝓpter hoc etiā circa uoluptates doloreſq; totum negociū eſt & ipſiꝰ uirtutis: & ciuilis etiā facultatis. Qui nāq; bñ his utit bonus erit; qui uero male malus. Dictū ſit igit uirtutē circa uoluptates doloreſq; uerſari: & ex quibus fit; ab iis ipſis augeri: & cum non eodem modo fiūt corrumpi: & circa illa etiam operari ex quibus eſt orta.

¶ Capitulum. IIII.

d Vbitauerit autē quiſpiam quonā modo dicimus iuſta agētes iuſtos & tēperata temperatos fieri oportere: nam ſi iuſta tēperataq; agunt: iam iuſti ſunt & temperati: perinde atq; ſi grāmatica muſicaue faciunt: grāmatici ſunt atq; muſici. An nec in artibus res ita ſe habet? Fieri nāq; pōt ut grāmaticum aliqđ quiſpiam faciat & fortuna & alio admonēte. At tunc erit grāmaticus cum & grāmaticum quippiā &

grāmatice faciet:id eſt ſm eam quæ eſt in ipſo grāmaticam artem. Præterea nec ſimile in artibus & in uirtutibus eſt. Nam ea quæ ab artibus fiunt:bonum ipſum in ſeipſis habēt. Sufficit igitur:ſi ipſa aliquo modo ſeſe habētia fiant. At ea quæ a uirtutibus prodeunt non iuſte aut temperate aguntur;ſi ſint iuſta aut temperata. Sed ſi & agens ſic ſeſe habens agat:primo quidem ſi ſciens: deinde ſi eligēs propter ipſa:tertio ſi firmo animo ac īmutabili agat. Hæc autem ad habitus quidem cæteros habēdos non requiruntur præter ipſum ſcire. Ad uirtutes autem ſcire quidem parum aut nihil poteſt. Cætera uero non paꝝ ſed totum poſſunt. Que quidem & ex eo quia perſæpe res iuſte temperateq; aguntur proueniunt. Res igitur iuſte temperateq; dicuntur:cum ſunt tales quales uir iuſtus ageret aut tēperatus. Iuſtus autem ac tēperatus eſt non is qui has agit: ſed qui ſic etiam agit ut iuſti tēperatiq; agunt. Recte igiť diciť iuſtum fieri agētem iuſta. & tēperatum etiam tēperata. Qui uero hæc nō agit nunq̄ euaſurus eſt bonus. Verū plæriq; hæc qdem non agūt. Ad ſermones aūt cōfugientes ſeſe philoſophari putāt: & ſtudioſos hoc fore modo:atq; perinde ut ægroti faciūt:qui medicos quidē diligēter audiūt:nihil aūt eoꝝ agūt quæ præcipiunť ab illis. Vt igiť illis cor

pus non bene ſeſe habebit ſi ita curanť ſic nec
his animus plane ſi ita philoſophantur.

¶ Tractatus ſecũdus. ¶ Capitulum. I.

Poſt hæc qdnam ſit ipſa uirtus cõ=
ſideremus oportet. Cum igiť tria
ſint quæ fiunt in aĩa. Affectus. Po
tẽtiæ. Habitus. Horꝝ aliqd ipſam
uirtutem eſſe neceſſe eſt. Atq; affectus quidẽ
uoco: cupiditatem: iram: mœtũ: fiduciam: in=
uidiam: gaudiũ: amicitiã: odium: deſiderium:
emulationẽ: miſericordiã. Ea oĩno quæ uolu=
ptas comitať aut dolor. Potẽtias aũt eas qui=
bus ad hos affectus ſuſcipiendos idonei dici=
mur eſſe: ut qbus dolere poſſumus: uel iraſci:
uel miſeri. At habitus eos quibus bñ uel ma=
le nos ad affectus ipſos habemus: ut ad iraſcẽ
dũ ſi uehementer aut remiſſe ſimus diſpoſiti:
male habemus: ſi mediocriter: bñ: & ad cæte=
ros affectꝰ ſiĺi modo. Virtutes igiť uitiaq; nõ
ſunt affectus: nam affectibus qdẽ ſtudioſi uel
uitioſi nõ dicimur: uirtutibus aũt & uitiis di=
cimur: & ob affectus neq; laudamur neq; uitu
peramur. Nõ enim qui mœtuit aut iraſciť lau
dať: neq; qui ſimpĺr: ſed qui modo quodã ira=
ſcitur uitupatur: At ob uirtutes uitiaq; lauda=
mut aut uitupamur. Præterea iraſcimur qdẽ
& timemus ſine electiõe: uirtutes aũt electio=
nes ſunt quædã, aut nõ ſine electiõe. Inſup af=

fectibus qdẽ moueri dicimnr: uirtutibus aũt aut uitiis nõ moueri: ſed aliquo modo diſponi. Propter hæc eadẽ neq; potẽtiæ ſunt: nam neq; boni uł mali dicimur: neq; laudamur aut uitupamur: quia poſſumus ſimpliciter affici. Et inſup potẽtes quidem ſumus natura: boni uero nõ efficimur aut mali natura: queãdmodũ antea diximus. Quod ſi uirtutes neq; affectus ſunt neq; potentiæ: reſtat ipſas habitus eſſe. Quid igiť ſit ipa uirtus genere diximus.

ℭ Capitulum. II.

Portet autẽ non ſolum ita dicere uirtutẽ habitum eẽ ſed etiã qualis nam habitus ſit. Dicẽdum eſt igiť oẽm uirtutẽ & idipſum cuius eſt uirtus bene ſeſe habere facere: & opus ipſius reddere bñ. Oculi nãq; uirt⁹: & oculũ & opus ipſius ſtudioſum facit. Quippe cũ uideamus uirtute oculi bñ. Virtus itidẽ equi ſtudioſum efficit equum & bonum ad currendũ portandũq; eqtem & expectãdũ etiam hoſtẽ. Quod ſi idipſum ita ſeſe habet in oĩbus: & uirtus ipſius etiã hoĩs habitus is erit a quo bonus efficiť hõ: & quo bene ſuũ opus ipſe reddet efficietq;. Quomodo autẽ id erit & antea quidẽ diximus: & nũc etiã magis patebit ſi cõtemplabimur qualis nã ſit ipſius uirtutis natura. In omni itaq; re continua diuiſibiliq; aliud plus:

aliud minus:aliud æquale:uel ex parte ipſius rei:uel reſpectu noſtri accipi poteſt. Æquale autem mediũ eſt quoddam inter exuperationem atq; defectum. Atq; rei quidẽ ipſius medium id eſſe dico:quod æque ab extremorum utroq; diſtat:idq; eſt apud omnes unũ & id ẽ. Reſpectu autem noſtri quod neq; exuperat neq; deficit:idq; nõ eſt apud omnes unum & idem:ut ſi decem ſint multa:& duo pauca:ſex ipſius rei media capiuntur:æque namq; excedunt & exceduntur. Atq; hoc in arithmetica comparatione rationum mediũ eſſe conſtat: at id quod eſt noſtra ex parte medium nõ eodem ſumẽdum eſt modo. Non enim ſicui decem quidem minas comedere nimiũ eſt: duas aũt parum:ſex ei minas ludi magiſter præcipiat. Eſt enim & hoc fortaſſe nimium ei qui accepturus eſt:aut parum. Miloni nãq; parũ. Incipiẽti uero ſeſe exercere nimium eſt. Simili modo res ſeſe habet in curſu ac in paleſtra. Hoc igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atq; defectum:mediũ aũt quærit & expetit:nõ quidem rei:ſed q; ad nos medium dicitur. Quod ſi omnis ſciẽtia ſuum hoc modo bene conficit opus ad medium ipſum reſpiciens & in hoc ſua redigẽs opa. Vnde & dici ſolet in iis quæ bene ſeſe habent operibus nec auferri quicq̃ nec addi poſſe: ꝓpterea

rea ꝙ bonum ipſum corrumpũt nimium &
paruũ:mediocritas uero conſeruat. Atq; bo
ni artifices ad hoc reſpiciẽtes ut diximus ope
rantur. Virtus autem omni arte exactior eſt
& præſtãtior quẽadmodũ & natura. Ipſa pro
fecto uirtus medii ipſius eſt coniectatrix. Lo=
quor autẽ de morũ uirtute:hæc enim circa af
fectus actuſq; uerſatur:in quibus eſt nimiũ &
parũ & mediũ. Fit eni ut magis & minus quiſ
piam & mœtuat & cõfidat & cupiat & abhor
reat:& iraſcať & miſereať:& omnino delecteť
ac doleat:& utroq; modo non bene. Et etiam
quando oportet & pro quibus: & ad quos &
cuius gratia:& ut oportet. Hoc aũt medium
eſt & optimũ:quod eſt ipſius uirtutis. Simili
ter circa actus nimiũ eſt & parũ & mediũ. Vir
tus autem circa affectus actuſq; uerſať:in qui=
bus exuperatio quidem peccatum eſt & defe
ctus uituperať:mediũ autẽ laudať & recte cõ
ficitur:quorum utrũq; uirtutis ipſius eſt. Vir
tus igiť mediocritas eſt quædã:cum ſit ipſius
medii coniectatrix. Præterea peccare quidem
multis modis contingit:malũ enĩm eſt infini
ti ut Pythagorici putant:bonũ uero finiti: at
recte agere unice. Quapropter & alterum fa
cile:alterũ difficile eſt. Facile quidẽ non attin=
gere ſignũ:difficile autẽ illud attingere. Et ob
hoc igitur nimium quidem atq; parum uitio

aſcribuntur:mediocritas uero uirtuti.
Vno nãq; modo bonus eſt multiſq; nefãdus.
Eſt igit̃ uirtus habitus electiuus in mediocri-
tate cõſiſtens ea quæ eſt ad nos definita rõne:
& ut definierit ipſe prudens. Mediocritas aũt
duorũ eſt uitiorũ:unius per exnperationẽ:al
terius per defectũ:& ex eo etiã qa illa quidem
partim deficiũt:partim exuperãt id qđ opor
tet & in affectibus & in actibus. Virtus autẽ
medium ipſum & iuenit & expetit. Quapro
pter ipſa uirtus eſſentia quidẽ & ratione qđ
eſt dicente:mediocritas eſt: at optimi reſpe-
ctu & bene ſeſe habentis extremitas.

¶ Non autem omnis actus nec omnis affe-
ctus ſuſcipit mediocritatẽ. Sũt enim affectus
nõnulli qui cõtinuo noie ſuo ſunt cũ prauita-
te cõnexi:ut maliuolẽtia:ut imprudẽtia:ut in
uidentia:& actus idẽtidẽ:ut adulteriũ:furtũ:
homicidiũ. Hæc eni uniuerſa & talia ita dicun
tur:quia ipſa ſunt praua:ſed nõ exuperatiões
ipſorꝫ atq; defectus. Circa igit̃ talia nullũ eſt
tẽpus recte agendi; ſed ſemper delinquitur.
neq; fit ut quiſq̃ bene uel male talium quicq̃
agat qui cum oportet & quãdo & ut oportet
adulteriũ cõmittendo:ſed ſimpliciter quicqd
iſtorꝫ efficiat̃ delinquit̃. Simile igit̃ eſt & cir-
ca iniuſtitiã:timiditatẽ:& luxuriã mediocrita
tem ponendã eſſe cenſere:& id qđ nimium di

citur & parum:hoc enim modo exuperatio-
nis & defectus erit utiq; mediocritas: & exu-
perationis exuperatio:& defectus item defe-
ctus: ſed ut tēperantiæ fortitudiniſue non eſt
exupatio atq; defectus:qa mediū ipm̄ eſt mō
quodā extremū: ſic nec illoꝝ eſt mediocritas
nec exuperatio & defectus: ſed utcūq; aganť
ſemper delinquitur. Omnino nāq; nec exu-
perationis:nec defectus eſt mediocritas: nec
mediocritatis exuperatio & defectus.

¶Tractatus tertius. ¶Capitulum.I.

a T enim idipſum non ſolum uni-
uerſaliter dicere:ſed ad ipſa ſingu-
la etiā accōmodare oportet. Ser-
monū enim eorū qui circa actus
uerſanť uniuerſales quidē magis cōmunes:
particulares uero magis ſūt ueri. Actus nāq;
circa ſingula ſunt:qbus ſermones: rationeſq;
cōſentaneas eſſe oportet. Hæc igitur ex deſcri
ptione ſumenda ſunt. Circa timores itaq; fi-
duciaſue mediocritas qdē eſt fortitudo at exu
perantiū:is qdē qui nō timendo exupat:noīe
caret. Sūt aūt cōplura quæ noībꝰ uacāt. Is aūt
q cōfidēdo exuperat audax eſt. At is qui timē
do quidē exuperat:cōfidendo aūt deficit timi
dus. Circa uoluptates atq; dolores nō oēs q-
dē & minus circa dolores mediocritas quidē
eſt tēperātia:exuperatio aūt intēperātia. At

deficientes circa uoluptates perpauci fiunt.
Quapropter nec his eſt poſitum nomen:ſed
inſenſati uocentur. Circa dandas capiendaſq;
pecunias mediocritas quidẽ eſt liberalitas:ni-
mium atq; parum ꝓdigalitas & illiberalitas:
q̃bus cõtrario modo exuperãt & deficiũt ho-
mines. Prodigus enĩ in erogando exuperat:
in capiendo deficit. At illiberalis atq; auarus
in capiẽdo exuperat:in erogãdo deficit. Atq;
de hiſce nunc quidẽ figura loq̃mur & in ſum-
ma hoc ipſo contenti:poſtea uero exactius de
ipſis determinabimus. Sũt & aliæ circa pecu-
nias diſpõnes:& mediocritas q̃dẽ eſt magni-
ficẽtia. Differt enĩ hoc a liberali magnificus:
ꝙ hic circa magna:ille circa parua uerſat̃. exu-
peratio autẽ ruditas circa decorũ atq; ſordidi
tas:& defectus circa decorum puſillitas: atq;
hæc differunt ab iis quæ circa liberalitatẽ dixi-
mus eſſe & differẽtiã poſteri⁹ explicabimus.
Circa honorem & eius oppoſitum mediocri
tas quidem eſt magnanimitas:exuperatio ue
ro lentitudo quædã: & defectus puſillanimi-
tas dicit̃. Vt autẽ ad magnificentiam ſeſe ha-
bere diximus liberalitatẽ:hoc differentẽ ab il-
la ꝙ circa parua uerſat̃:ſic ſeſe habet & ad ma-
gnanimitatẽ: quæ quidem circa honorẽ ma-
gnum alia quædã diſpoſitio quæ circa paruũ
uerſat̃. Fit enĩ ut appetat̃ honor nt oportet:

& magis q̃ oportet & minus. Atq; is quidem qui in honoꝝ exuperat appetitione ambitioſus uocat̃. Is autẽ qui deficit appetitione uacãs honoris: & medius noie caret. Diſpoſitiones etiã ipſe præter unã noie carent. Ambitio ſi nãq; ambitio uocitat̃. Quocirca fit ut extremi de medio loco decertẽt: nos quoq; mediũ huncmodo ambitioſum: modo uacantẽ honoris appetitiõe uocamus: & nũc ipſum ambitioſum, nũc alterũ laudamus. Cur aũt id fiat in ſequentibus explanabit̃: nunc de cæteris eundẽ ſeruãtes modũ dicamus. Eſt igit̃ & circa irã mediocritas & nimiũ atq; parũ. Atq; cũ fere noibus careãt: mediũ manſuetũ dicẽtes: mdiocritatẽ manſuetudinem appellabimus. Extremoꝝ autem is quidẽ qui exuperat iracũdus: & uitiũ iracundia uocitetur. Is uero qui deficit ira uacans: quidam & defectus ire uacuitas nũcupetur. Sunt & aliæ tres mediocritates: quæ tametſi ſimilitudinem quãdam & conuenientiam inter ſeſe habent: differunt tamen. Omnes enim ſunt circa uerborum actuum ue cõmunem uſum ſed differũt ꝙ earum una circa uerum quod eſt in ipſis: cæteræ circa iocundum uerſant̃: quod quidem partim eſt in ioco: partim in cæteris cõgreſſionibus uniuerſis: & de his igitur eſt dicendum ut magis cernamus in uniuerſis mediocritatẽ qui

dem laudabilem eſſe: extrema uero neqꝫ recta neqꝫ laudabilia: ſed uituperabilia eſſe: atqꝫ horum etiam plæraqꝫ nominibus carent. Verũ enitendum eſt & his perinde atqꝫ cæteris ponere nomina dilucíditatis gratia & ut facile ſequi poſſimus. Circa uerum igiť medius qnidem uerax quidam: & mediocritas ueritas appelletur. Fictio uero ſi ad maiora pergat arrogantia: & arrogans qui ipſam habet dicatur. Sin ad minora diſſimulatio nuncupeť: & qui habet ipſam diſſimulator. Circa iocundum quod in ioco cõſiſtit: medius quidẽ comis & urbanus: & diſpoſitio comitas atqꝫ urbanitas appelletur. Exuperatio autẽ ſcurrilitas: & qui ipſam habet ſcurra: & qui deficit ruſticus quidam: & habitus ruſticitas nnncupẽtur. Circa uero reliqui iocundum quod eſt in uita: is quidem qui eſt ut oportet iocundus amicus dicatur: & mediocritas amicitia. Is autem qui exuperat: ſi nulliꝰ gratia rei: placidus: ſin ſui emolumenti cauſa adulator eſt appellãdus. At is qui deficit & in cunctis eſt iniocundus cõtenſioſus quidam difficiliſqꝫ dicať. Sunt & in affectibus & iis quæ ſunt circa affectus mediocritates. Verecundia nãqꝫ uirtus quidem nõ eſt: laudatur tamen & ipſe etiam uerecundus: nã & hic dicitur eſſe medius & exuperans atqꝫ deficiẽs: & exuperat quidem is qui in uniuerſis

uerecundatur:qualis eſt ipſe pauidus.qui uero deficit:aut nulla in re uerecundaẽ appellaẽ ipudens.Medius uero diciẽ uerecundus.Indignatio aũt mediocritas eſt inuidiæ & maliuolentiæ.Verſanẽ autẽ circa dolorẽ & uoluptatem quæ oriuntur ex iis quæ ꝓximis accidũt. Indignans enim dolet cum aliqui proſperitate fortunæ indigne fruunẽ: inuidus autẽ hũc exuperans de omnibus dolet: ſed maliuolus adeo deficit in dolendo ut gaudeat. Verum de his erit & alio loco tempus dicendi. De iuſtitia uero poſtea pertractabimus. Atq; cum non dicatur ſimpliciter diſtinguemus ipſam: & de utraq; dicemus quomodo mediocritas eſt.Et ſimiliter de rationis uirtutibus.

¶Capitulum.II.

c Vm autẽ tres ſint diſpoſitiones: & duæ quidem ſint uitia: quorum alterum in exuperatione:alterum in defectu cõſiſtit. Vna autem uirtus quæ quidem eſt mediocritas omnes inter ſe: & ſi non æque ſuſcipiunt oppoſitionem. Extremæ nãq; cum mediæ:tum inter ſeſe cõtrariæ ſunt:media uero extremis: nã ut æquale maius quidẽ eſt cũ cõparaẽ ad minus:min⁹ autẽ cũ cõparaẽ ad maius. Sic & habitus medii reſpectu quidem defectuum exuperant:reſpectu autem exuperationum deficiunt:tam

in affectibus q̃ etiã actibus. Fortis enim cum
ad timidum comparatur audax:cum ad auda
cem timidus eſſe uidetur. Pari modo tempe=
rans reſpectu quidem inſenſati intemperans:
reſpectu autem intemperantis inſenſatus. Li
beralis etiam prodigus ſi ad illiberalem:illibe
ralis ſi cum prodigo cõferatur. Quapropter
& extremorum uterq; medium ipſum a ſe cõ
pellit ad alterum: atq; fortem audax quidem
timidum:timidus autem audacem appellat:
& in cæteris ſimili modo. Hæc cum hoc mo=
do inter ſeſe opponantur:maior eſt utiq; cõ=
trarietas extremorum inter ſeſe q̃ ad mediũ:
longius enim hæc inter ſeſe q̃ a medio diſtãt:
& perinde atq; magnum magis a paruo:par
uumq; a magno q̃ ab æquali utrunq; diſtat.
Extremis inſuper nonnullis ad medium ſimi
litudo quædã eſſe uidetur: ut Audaciæ ad for
titudinem: & prodigalitati ad liberalitatem.
At extremorum inter ſeſe maxima eſt diſſimi
litudo:atq; ea quæ plurimum inter ſe diſtant
definiẽtes cõtraria dicunt. Quo fit ut ea quæ
magis diſtant magis contraria ſint. At uero
medio in quibuſdam exuperatio: in quibuſ
dam defectus magis opponitur. Fortitudini
nãq; nõ audacia quæ eſt exuperatio:ſed timi=
ditas:quæ eſt defectus magis opponitur. Tẽ
perantiæ uero non inſenſibilitas:quæ quidẽ

eſt defectus:ſed intemperãtia quæ eſt exuperatio magis contraria eſt. Id autem ob duas accidit cauſas. Atq; una quidem eſt ex ipſius rei natura:nam quia propinquius atq; ſimilius eſt extremorum alterum medio. Ideo nõ hoc ipſi ſed contrarium oppoſitum eſſe magis aſſerimus:ut cum audacia quidem ſimilius fortitudini uideatur atq; ꝓpinquius eſſe: timiditas autem diſſimilius:hãc illi magis oppoſitam eſſe cenſemus. Etenim ea quæ plus a medio diſtant: eidem contraria magis eſſe conſtat. Hæc igitur una eſt cauſa: quæ quidẽ eſt ex ipſius rei natura. Altera autem in nobis ſumitur ipſis. Ea nãq; medio contraria magis eſſe uidentur: ad quæ noſipſi quodam modo natura ſumus propenſiores. Nos enim ipſi quia magis ad uoluptates ſumus ꝓcliues idcirco facilius ad intemperantiam q̃ ad modeſtiam inclinamur. Hæc igitur magis contraria dicimus uirtuti quæ in nobis augẽt magis:& propterea intẽperantia quæ eſt exuperatio magis eſt contraria temperantiæ.

Capitulum. III.

u Irtutem igitur moris mediocritatem eſſe: & quomodo: & uitiorũ duorum mediocritatem: eſſe unius per exuperationẽ; alterius per defectum;& talem eſſe propterea ꝙ conie͏cta

trix eſt eius medii quod in affectibus eſt atq; actibus ſatis iam diximus. Quapropter difficile eſt ſtudioſum eſſe. Eſt enī difficile in unoquoq; medium capere: ut circuli medium inuenire non cuiuſlibet: ſed ſcientis eſt tantum. Pari modo iraſci quidē & dare argentū ſumptuſue facere cuiuſlibet eſt & facile. Sed cui & quantum: & quando: & quomodo: & gratia cuius oportet: non cuiuſlibet eſt neq; facile: quod quidem eſt ipſum rectum. & eſt perrarum & laudabile & perpulchrum. Idcirco eū qui medium ipſum coniectat: primū̄ quidem a magis contrario diſcedere oportet: & perinde atq; circæ monebat.

Extra undam & fumum lōge cōpelle carinā.

Extremorꝝ enim altero magis: altero minus delinquit. Cū igit̄ cōſequi mediū ſumme ſit difficile: ſecūda ut inquiūt nauigatione minima malorꝝ ſunt capienda: idq; erit hoc maxime modo quē diximus. Cōſiderare aūt oportet: & ad quæ ſumus ꝓpēſiores: nā alii ad alia natura ſumus ꝓcliues. Quod quidē ex uoluptate doloreue inde ꝓueniente ꝑcipiet̄: atq; noſipſos ad contrariū oportet retrahere. Lōge nāq; a delinquēdo ſecedētes: ad ipſum tandem mediū accedemus: ut ſolent ii facere: qui ligna obliqua ad rectitudinē redigunt. In uniuerſis autē cauendū eſt maxime a uoluptate.

Non enim incorrupti iudicamus de ipſa. Vt ergo Troianorꝫ ſenes erga Helenā ſeſe habuerunt:ſic & nos ad uoluptatem ipſam eſſe affectos:in oibuſq; illorꝫ dicere uocē oportet:hoc enim modo remouētes a nobis ipſam minus peccabimus.Hæc igit̃ facientes ut in ſumma dicam maxime medium attingere cōſequiue poterimus.Id aūt ipſum difficile eſt fortaſſe:& in ſingulis maxime:nō enim facile determinari poteſt:q̄uo:& q̄bus:& pro quibus:& quāto in tpe iraſcendū eſt.Etenim nos interdum eos qui deficiūt laudamus & mites dicimus eſſe.Interdū ipſos infenſos appellamus uiriles.Verū qui parū a recto exorbitat:non capitur ſiue ad defectū:ſiue ad exuperationē ſe flectat:qui uero multū:uituperat̃:nō enim latet egreſſus.Facile aūt nō eſt excipere ratione:quouſq; & quātum a recto quiſpiā egreſſus carpendus eſt.Neq; enim aliud quicq̄ ſenſibilium determinari facile poteſt.Talia uero in ſingulis ſunt & iudicium eſt in ſenſu.Verū illud eſt manifeſtum medium habitū in uniuerſis laudabilem eſſe.Oportet autem nunc ad exuperationem:nunc ad defectum declinare:hoc enim modo facillime medium ipſum & rectum attingemus ac aſſequemur.

Finis ſecundi libri.

¶ Incipit liber tertius ethicorum.

¶ Tractatus primus. ¶ Capitulum. I.

CVm uirtus circa affectus actuſq; uerſet̃: & in iis qui dem quæ ſua ſponte quis agit laudes & uituperatio nes: in iis autem quæ inui tus facit uenia nõnunq̃ & miſericordia locũ habeat. Eos forſitan qui de uirtute conſiderãt: de eo quod ſua ſponte quis facit; atq; inuitus deter= minare neceſſe eſt. Vtilis eſt etiam legum la= toribus hæc ſane conſideratio ad præmia pœ naſq; inſtituendas. Videtur itaq; ea inuitus fa cere quiſpiam quæ uiolentia uel per ignora= tionem facit.

¶ Id aũt eſt uiolentũ cuius principiũ eſt fo= ris: in qd' nihil is qui agit ut patit̃ cõfert; ut ſi uentus aliquo tulerit; aut hoĩes poteſtatẽ ha= bentes. At ea quæ maiorũ mœtũ malor̃: aut ob aliquod bonũ agunt̃; ut ſi tyrãnus quẽpiã aliqd agere turpe iuberet: habẽs in poteſtate & parẽtes & liberos: hac lege ut ſi illud agat: illi ſint incolumes: ſi nõ agat diſpereant: con= trouerſiã habere uident̃ utrum hæc inuiti an ſponte faciãt hoĩes. Tale etiã qd accidit & cir ca iactus eos qui in tẽpeſtatibus fiũt. Simpli=

citer enim nemo ſuas fortunas eiicit ſponte:
ſed oēs propter ſuā cæterorūq; ſalutē eiiciunt
modo ſint mētis ſanæ. Tales igit̃ actus mixti
quidē ſunt:'iis autē magis ſunt ſimiles quos
ſponte hoies agũt. Expetunt̃ enim tũ cũ agũ-
tur:atq; finis actiõis in tẽporis cõditione cõ-
ſiſtit. Et ſpõte igit̃ & inuitũ unumquẽq; dicẽ-
dum eſt agere cum agit:agit autẽ ſua ſponte.
Eſt eni in ipſo principiũ mouendi partes eas
quæ ſunt in huiuſcemodi actibus inſtrumen-
ta. At quorum principiũ eſt in ipſo:ea agere:
uel non agere in ipſo eſt ſitum. Talia igit̃ ſua
ſponte quiſq; agit:at ſimpliciter fortaſſis inui
tus. Nemo nãq; taliũ quicq̃ per ſe expeteret
unq̃. In actibus aũt huiuſcemodi nõnunq̃ ho
mines & laudant̃: cũ pro magnis & honeſtis
rebus aliqd turpe ferũt aut moleſtũ. Si uero
cõtrafaciũt:uituperant̃. Eſt enim iprobi pro
nulla re honeſta uel mediocri res turpiſſimas
ferre. In quibuſdã aũt laus quidẽ nõ fit:ſed ue
nia locũ habet:cum ea quæ nõ agere oportet
quiſpiã egerit ob huiuſcemodi res quæ natu-
ram humanã ſuperant nemoq; pferret. Sunt
autẽ quædã ad quæ forſitan nõ licet queñq̃ eſ-
ſe cõpulſum:ſed potius oportet ſumma per-
peſſum tormẽta mortẽ obire. Ridicula nãq;
uident̃ ea quæ ad necẽ matris Alcmeonẽ Eu-
ripidis cõpulerunt. Eſt autẽ interdum diffici-

le quale pro quali ſit expetendũ: & quid pro quo ſuſtinẽdum diſcernere. Difficilius etiam eſt poſtea q̃ cognoueris in ſententia permanere. Fit enim plærũq; ut ea quidem quæ expectantur moleſta: ea uero ad quæ coguntur turpia ſint unde laudantur: atq; uituperãtur ii qui fuerunt aut nõ fuerunt compulſi. Quænam igitur dicenda ſunt uiolenta? An ea quidem ſimpliciterq; inuitus quiſpiã agit quorum externa eſt cauſa: & ipſe agens nihil omnino confert: quæ uero per ſe quidem iuitus facit: ſed nunc & pro his expetuntur: principiũq; eſt in ipſo agente ea per ſe quidẽ inuitus: nũc autem & pro his ſponte agit? Magis autẽ his ſimilia ſunt quæ ſua ſponte quis agit. Actus enim ſunt circa ipſa ſingula: quæ quidẽ ſpõte facit. Qualia uero pro q̃libus expetenda ſint: non facile aſſignare poſſumus. Quippe cum in ipſis ſingulis complures ſint differentiæ.

¶ Quod ſi quiſpiam ideo iocunda uiolenta dixerit eſſe: quia & extra ſunt, & cõpellunt omnia erunt eius ſententia uiolenta. Horum eni gratia omnes omnia agunt: atq; qui uiolentia inuitiq; agunt, ii cum dolore qui ob iocundum: hi cum uoluptate. Eſt autem ridiculum externa quempiam: ſed non ſeipſum qui quidem ab huiuſcemodi rebus facile capitur: & honeſtorum quidem ſe: turpium autẽ ea quæ

afferunt uoluptatem, cenſere, cauſam eſſe. Id igiẽ uiolentũ eſt cuius principiũ eſt foris: nihil prorſus eo cõferẽte cui uis eſt illata. Omne aũt quod ob ignorationẽ eſt actũ nõ ſponte qdem eſt actum. Ab inuito tñ id effectũ eſt omne pro quo dolet qui egit; ipſumq; pœnitẽtia ſubit. Qui nãq; ob ignorationẽ aliquid egit: & nõ fert moleſte ſe illud egiſſe: ſpõte qdẽ ſua nõ egit qđ neſciebat: nõ tñ erit iuit⁹ qppe cũ nõ doleat ob idipm̃. Qui igiẽ ob ignorationẽ quippiã egit ſi ipm̃ pœniteat inuitus feciſſe uideẽ: ſi nõ pœniteat cũ is alius ſit non ſpõte dicaẽ egiſſe. Cum enim differat melius eſt ut ꝓpriũ hẽat nomẽ. At.n. hæc etiã ipã ob ignorationẽ inquã agere & ignorãtem agere diuerſa ſunt. Nã ebrius aut iratus nõ uideẽ ob ignorationẽ agere: ſed ob aliqd eorũ quæ dicta ſunt: nõ ſciẽs ſed ignorãs. Oĩs igiẽ prauus ignorat quæ agere oportet & a qbus eſt abſtinendum. Et ob huiuſcemodi errorem iniuſti homines maliq; omnino fiunt.

¶ Inuitus autem diciturquiſpiam agere nõ ſi ignorat id quod cõducit: non enim ea ignoratio quæ facta eſt electione cauſa eſt ut aliquid inuitus quiſpiam faciat: ſed prauitatis. Nec etiam ea quæ eſt uniuerſalis: homines enim propter hanc ipſam repræhenduntur: ſed ea quæ eſt ſinguloꝝ: inquibus & circa

quæ eſt ipſa actio. In his enim & cõmiſeratio
locum habet & uenia: qui nãq; aliquid eorum
ignorat inuitus agit. Forſitan igitur non ab
re fuerit ſi quæ & quot ſunt ipſa determinabi
mus. Quis itaq;: quid: & circa quid: uľ in quo
agit nõnunq̃ & quo: ut inſtrumento: & cuius
gratia: ut ſalutis: & quomodo: ut ſenſim uel
uehementer. Oĩa igitur hec nemo ignoraue-
rit modo non ſit inſanus. Patet aũt neq; ipm
agẽtem. Quo nãq; modo ſe ignorabit? Igno
rauerit aũt quiſpiam id quod agit. Vt dicen-
tes inquiunt excidiſſe ſibi aut neſciſſe reticẽda
eſſe: queẽadmodũ Æſchylus ipſa archana Cere
ris: aut oſtendere uolẽs imiſiſſe: ut qui telum
iecit. Putauerit autẽ quiſpiam & filiũ hoſtem
eſſe: ut Meropæ putauit. & haſtã cuſpidem ha
bentẽ ea uacare & lapidẽ pumicem eſſe & in-
terfecerit quiſpiam ſalutis percuſſum cauſa &
monſtrare uolẽtes ut faciunt qui manibus ex
tremis luctãtur percuſſerit. Cum igitur circa
hæc omnia in quibus eſt ipſe actus ſit ignora
tio: qui hoꝝ aliquid ignorauit: is inuitus egiſ
ſe uidetur: & maxime in præcipuis. Hec autẽ
ea uidentur eſſe: in quibus eſt ipſe actus: & id
cuius agitur gratia. Eius igitur quod ab inui-
to ob ignoratiõem talem dicitur eſſe factum
oportet actionem dolorem inſuper peniten-
tiãq; afferre. Cum autem id inuitus quiſpiã
agat: quod

agat: quod ui & ob ignorationem agit, id ſua profecto ſponte quiſpiam uidebit agere, cuius principiū eſt in ipſo agente: ſciente ſingula in quibus eſt ipſe actus. Forſitan enim non recte dicit ea fieri ab inuitis, quæ per iram aut cupiditatem aguntur. Primo nāq; nulla bellua ſponte aget: neq; pueri. Deinde utrum nihil eorum ſponte agamus, quæ cupiditate uel ira agimus: an honeſta quidem ſpōte, turpia uero inuiti? An ridiculum eſt cum una ſit cauſa? Abſurdum eſt etiam forſitan ea ab inuitis agi cenſere, quæ oportet appetere. Oportet autem & iraſci pro quibuſdam, & cupere non nullas res: ut ſanitatem atq; diſciplinā. Videntur etiam ea quidem, quæ ab inuitis fiunt, dolorē: ea uero, quæ cupiditate agunt, uoluptatem afferre. Præterea qd intereſt inter ea quæ p rationē, & quæ per iram peccātur, hoc ipſo, ꝙ ab inuitis agantur. Etenim fugienda quidē ſunt ambo, affectus autem rationis expertes non minus humani eſſe uidētur: & actus ipſius hominis ab ira cupiditateq; fiunt. Abſurdum eſt igitur hæc ab inuitis agi cenſere.

Capitulum. II.

d Eterminatis his eo inquam quod ſpōte: & eo qd inuitus quiſpiam agit: cōſequēs eſt: ut de electione dicamus. Ipſa nāq; uirtuti eſt familiariſſima

& megis q̄ ipſi actus diiudicat mores atq; expendit. Electio itaq; ſponte quidem noſtra uidet̄ fieri: non tamē eſt idem quod illud quod ſponte fit: ſed quod fit ſponte ad plura ſeſe extēdit. Eſt enim cum pueris & animalibus cæteris nobis cōmune: electio uero non eſt communis. Et ea quæ a nobis repente fiunt ſponte quidem noſtra fieri dicimus: electione uero non dicimus. Qui uero dicunt ipſam eſſe cupiditatem: uel iram: uel uolūtatem: uel opinionem quādam: non recte dicūt. Etenim electio non eſt cōmune homini cum rationis expertibus: at cupiditas eſt & ira: & incontinens cupiēs quidem: non tñ̄ eligens agit. Cōtinēs autem cōtra: eligēs quidē, at non cupiēs agit. & cupiditas quidem aduerſat̄ electioni: cupiditati uero cupiditas non repugnat. Cupiditas præterea iocūdi eſt & mœleſti: electio uero neq; mœleſti neq; iocūdi. Ira etiam minus eſſe uidetur: quippe cum ea quæ fiūt ira minime per electiōem fieri uideant̄. At uero neq; uoluntas eſt: tametſi finitima hæc eſſe apparent. Electio nāq; non eſt eorum quæ fieri nequeunt. Quod ſi quis eligere dixerit ea amēs eſſe uidebitur. Volūtas autem eſt: ut immortalitatis: & uolūtas quidem eſt & circa ea quæ per ipſum qui uult nequaq̄ agerentur. Volumus enim hiſtrionē aliquem uincere uel cer-

tantem. At eligit talia nemo: ſed ea quæ per ſe
ipſum exiſtimat fore poſſe. Præterea uolun=
tas quidem magis eſt ipſius finis: electio autē
eoꝝ quæ ferunt ad finem: ut ſani quidem eſſe
uolumus: eligimus autem ea q̄bus erimus ſa=
ni: & fœlices quidem eſſe uolumus, atqꝫ dici=
mus: eligimus autē non conuenit dicere: atqꝫ
omnino in his uerſatur electio quæ in noſtra
ſunt poteſtate. Opinio quoqꝫ non eſt. Opina
tio nāqꝫ circa uniuerſa uidetur eſſe: nec minus
circa æterna & ea quæ fieri nequeūt: q̄ circa ea
quæ noſtra in poteſtate ſunt collocata: & fal=
ſo ueroqꝫ diuiditur: non malo bonoqꝫ: electio
aūt hiſce magis. Electionē igiꝛ idē eſſe & opi=
nationē oīno nemo forſitā dicit. At nec ēt eſt
idem ꝙ opinatio quædam. Eligēdo nāqꝫ bo=
na uel mala: quales quidem ſumus. Opinādo
aūt non ſumus. Et eligimus q̄dē capere aliq̄d:
aut fugere: aut aliq̄d taliū. Opinamur autem
q̄dnam ſit uel cui cōferat: uel quo pacto cōdu
cat: ſed cape: aut fugere nō nimiū opinamur.
Et electio q̄dē laudaꝛ ex eo: quia eſt eius quod
oportet magis: uel quia eſt recta. Opinio ue=
ro ex eo q̄a eſt uera. Et eligimus q̄dē quæ ma=
xime ſcimus eſſe bona: opinamur aūt ea quæ
nō nimiū ſcimus. Videnꝛ præterea idē homi
nes non eligere optima atqꝫ etiā opinari: ſed
quidā opinari quidem melius: ob uitium aūt

non ea quæ oportet eligere. Nihil autē refert ſi antecedat electionē aut comitetur opinio: non enim idipſum nunc perſcrutamur: ſed ſi idem ſit electio ꝙ opinatio quædā. Quid igiť aut quale quid eſt electio: cum nihil ſit eorū quæ diximus. Videtur itaq; ſponte quidem a nobis fieri. Attamen non omne quod ſponte agimus eſt eligibile: ſed id cuius cōſultatio anteceſſit. Electio namq; cum ratione eſt atq; mente. Subſignificare autem id & nomen uidetur: innuens ipſum ex aliis legibile eſſe.

¶ Capitulum. III.

a T eſt ne de omnibus conſultatio: & omne quoduis eſt conſultabile: an de quibuſdā nō eſt cōſultatio. Atq; dicendū eſt forſitan cōſultabile nō id eſſe de quo quiſpiā inſipiens uel mente captus: ſed id de quo ſane mētis uir cōſultauerit. De æternis autē nemo cōſultat: ut de mundo uel de cōis menſuræ dia metri laterisq; uacuitate. Sed neq; de iis quæ conſiſtūt quidē in motu: ſemperq; fiunt eodē modo: ſiue neceſſitate: ſiue natura: ſiue ꝑpter aliquā aliā cauſam: ut de ſolſtitiis atq; exortu: neq; de iis quæ alias aliter ſeſe habēt: ut de ſiccitatibus: hymbribuſue. Nec item de iis quæ eueniunt a fortuna: ut de theſauri inuentione. Sed neq; de humanis oībus rebus: nā quonā modo Reſp. Scytharum

optime gubernaret Lacedæmoniorꝫ cõſultat
nemo. Nihil eni horũ per noſipſos fieri põt.
Cõſultamus aũt de iis rebus agendis quæ in
noſtra ſunt poteſtate: hæ eni & reſtãt. Cauſæ
nãqꝫ uident eſſe: natura: neceſſitas: fortuna: &
mens inſuper: ac omne qđ per hoiem efficit.
Quiſqꝫ autẽ de iis cõſultat quæ agi per ipſum
poſſunt. Atqꝫ circa exactas qdẽ ſciẽtias & ſuffi
cientes non eſt conſultatio: ut de litteris. Nõ
enim ambigimus qũo litteræ ſcribendæ ſint:
ſed de iis cõſultamus quæ fiũt quidẽ a nobis:
nõ tamen ſemper eodẽ modo: ut de agendis
per medicinã uel pecuniariã artẽ: & eo magis
in gubernandi facultate: q̃ in exercẽdi arte de-
liberamus quominus exacta eſt: & de cæteris
ſimili mõ: atqꝫ magis etiã in artibus q̃ in ipſis
ſciẽtiis: nã circa ipſas magis ambigimus. Cõ-
ſultatio autẽ in iis uerſatꝫ quæ plærũqꝫ quidẽ
fieri poſſunt: incerta tamẽ ſunt quonã eueni-
ent modo: & in qbus eſt ideterminatio. Atqꝫ
cũ magnis de rebus deliberare uolumus aſſu-
mimus & alios ad conſiliũ: diffidentes nobiſ-
ipſis tanq̃ non ſufficientibus id diſcernen-
dum. Conſultamus autẽ non de finibus: ſed
de iis quæ ad fines ipſos perducunt: nec enim
medicus ſi ſanabit: nec orator ſi perſuadebit:
nec Reipublicæ gubernator ſi bene recteqꝫ le
gibus ciuitatem inſtituet: nec deniqꝫ cætero-

rum quiſq̃ de fine deliberat: ſed omnes poſito quodã fine: quẽadmodũ & per quæ fiet ille cõſiderant. Atq; ſi per plura poſſe fieri uidẽretur: per quod illorũ facillime optimeq; fiet ꝑquirũt. Sin per unũ: quonã modo per illud fiet: & illud itẽ per qd efficieť cõſiderant: idq; faciunt donec ad primã perueniant cauſam quæ quidẽ in inuẽtione eſt ultimũ. Qui nãq; conſultat is quærere uideť: dictoq; modo per inde atq; deſignationẽ linearũ reſoluere. Nõ autem omnis perquiſitio conſultatio eſt. Mathematicæ nãq; perquiſitiones cõſultationes non ſunt. Omnis autem conſultatio eſt continuo perquiſitio. Idq; quod ultimum eſt in reſolutione primum eſſe conſtat in generatione: atq; ſi conſultantes in aliqd inciderint: qđ quidem fieri nequeat deſiſtunt: ut ſi ſit pecuniis opus: has autem habere nõ poſſint. Quod ſi uideatur fieri poſſe tunc agere aggrediunť. Ea uero dicimus fieri poſſe quæ per noſipſos fieri poſſunt: nam ea quæ per amicos fiunt per noſipſos quodãmodo fiunt: quippe cum principium ſit in nobis. Quæruntur autem quandoq; quidem inſtrumenta: quandoq; autem uſus ipſorum: & in reliquis ſimili modo. Interdum per quod: interdum quonam modo: aut per quem ſolet quæri. Videť igiť ut dictum eſt homo principium actuum eſſe & de

iis eſſe conſilium quæ agi ab ipſo poſſunt & actus aliorum eſſe gratia. Finis igitur nō erit conſultabilis ſed ea quæ deducūt ad fines: nec etiam ſingula: ut ſi panis ſit hoc: uel confectū ſit ut oportet. Hæc enim ſenſus ipſius ſunt. Quod ſi ſemper quiſpiam conſultauerit in infinitum abibit. Conſultabile autem & eligibile idem eſt. Ipſum tamen eligibile definitum iam eſt: quod enim cæteris ex conſultatione prætulimus id eligibile eſt. Deſinet enim tūc demum unuſquiſq; perquirere quonam aget modo cum in ſeipſum principium redegerit: & in id ſuiipſis quod antecedit: hoc eſt enim quod eligit. Patet hoc ita eſſe & ex uetuſtiſſimis rebuſpu. quas imitabat̄ Homerus. Quæ nāq; reges eligerent ea populo renunciabāt. Cum igitur ipſum eligibile ſit cōſultabile appetibile ex iis quæ in noſtra ſunt poteſtate & ipſa electio deliberatiua appetitio rerum erit earum quæ in noſtra ſunt poteſtate: nā ſimulatq; diiudicauimus ex conſultatione affectamus deliberatione: quid eſt igitur electio figura ſit dictum: & circa quæ uerſatur. & eorū eſſe quibus ad ipſos fines acceditur.

Capitulum. IIII.

u Oluntatem finis quidem ipſius eſſe iam pauloante diximus: ſed uidetur aliis quidem eſſe ueri bo

ni aliis apparentis boni: atq; fit ſententia quidem eorũ qui uerũ bonũ id eſſe cenſent quod eſt affectibile uolũtate: ut id nõ ſit affectabile uoluntate qđ is qui nõ recte expetit uult: nã ſi ſit: erit & cõtinuo bonũ: at erat forte malum: ſententia autem eorum qui bonũ apparẽs inquiunt eſſe quod eſt affectabile uolũtate: ut nihil ſit prorſus qđ ſuapte natura ſit affectabile uoluntate: ſed id quod unicuiq; uideť. Ad aliud alii uidetur. & repugnantia forte. Quod ſi hæc non placent dicendũ eſt ſimpliciter quidem & re uera uere bonum eſſe affectabile uoluntate. Vnicuiq; uero id quod unicuiq; uidetur. Studioſo igitur ideſt affectabile uoluntate quod uere eſt bonum. uitioſo uero quicqd cõtigerit fitq; hoc perinde atq; in corporib⁹ ipſis: his enim quorũ corpora bene ſeſe hbbẽt ſalubria ſunt ea quæ uere talia ſunt: iis aũt quorũ corpora ſũt ægrota nõ hæc ipſa: ſed talia ſimiliter & amara ac dulcia & calida atq; grauia & cætera id genus. Studioſus enim homo recte ſingula iudicat & ſingulis in rebus id ipſi uideť quod uere eſt tale. In unoquoq; enĩ habitu ſunt propria quædam honeſta atq; iocũda: atq; in ſingulis plurimũ fortaſſe præſtat uir ſtudioſus in dignoſcendis iis quæ uere talia ſunt: ꝓpterea ꝙ eſt ut norma quædã atq; menſura ipſorum, Multitudo uero decipitur

ob uoluptatem:ipſa nãq; bonum quidem nõ
eſt:bonum tamen eſſe apparet:perſequuntur
igitur ipſam tanq̃ bonum . dolorem autẽ fu=
giunt tanq̃ malum. ❡ Capitulum.V.

CVm igitur finis ſit affectabilis uo=
luntate.Ea uero quibus itur ad fi=
nem conſultabilia ſint atq; eligibi=
lia:fit ut actus ii qui circa hæc uer=
ſantur ab electione ꝓficiſcantur.noſtraq; ſpõ
te fiant. At operationes uirtutum circa hæc
ipſa uerſantur. Noſtra igit̃ in poteſtate ipſæ
uirtutes & identidem uitia collocantur. Qui=
bus enim in rebus noſtra in poteſtate ſitũ eſt
agere in iis & non agere:& in quibus non age
re:in iis eſt & agere. Quare ſi agere bonũ qđ
honeſtum eſt in nobis eſt ſitum:& non agere
quod eſt turpe in nobis eſt collocatum. Et ſi
non agere malum quod eſt honeſtum in no=
ſtra eſt poteſtate:& agere quod eſt turpe i no
bis eſt ſitum. Quod ſi in nobis eſt ſitum tam
honeſta q̃ turpia agere:& ſimili modo nõ age
re. Hoc autẽ erat bonos & malos eſſe. In no=
bis ergo eſt ſitum nos probos & improbos eſ
ſe. Dicere autem ſua ſponte neminem prauũ
nec inuitum quemq̃ beatum eſſe:alterum fal
ſo eſt ſimile:alterum uero: nam beatus quidẽ
nemo eſt inuitus. Sponte autem noſtra pra=
uitas comparatur;uel obſtandum eſt iis quæ

modo ſunt dicta:& hominem non eſſe princi pium eſt dicendum:neq; procreatorem.actũ perinde ac liberorum. Quod ſi hæc uera uidẽ tur nec in alia ulla principia noſtros actus q̃ in ea quæ ſunt in nobis reducere poſſumus: quorum principia ſunt in nobis: ea quoq; in nobis ſunt ſita:ſpõteq; a nobis fiunt. Hæc ita eſſe teſtes ſunt & priuatim ſinguli homines & ipſi legum latores:nam eos quidẽ qui praua faciunt:ſi modo non ui nec ob ignorationem eã cuius ipſi non fuerunt cauſa illa agãt: caſtigant ac puninnt: iis autem qui honeſta agunt honores inſtituũt:ut homines partim hortentur:partim:prohibeant. At ea agenda quæ nec in noſtra ſunt poteſtate; nec noſtra ſponte efficiuntur nemo prorſus hortatur. quippe cum uanũ ſit perſuaſum eſſe cuipiam non calere:aut non dolere:aut non eſurire:aut quiduis aliud tale: nam nibilominus hæc ipſa patietur. Eteni pro ignoratione etiã ipſa pœnas inſtituunt ſi quiſpiam ignorationis eſſe ſibi cauſa uideretur. Ebrios nãq; dupli ci pœna afficiendos eſſe putarunt. Principiũ enim in ipſis eſt: quippe cum in ipſorum ſit poteſtate ebrietatem uitare: quæ quidẽ ignorationis eſt cauſa. Puniunt etiam eos qui aliquid eorum ignorant quæ legibus continentur: quæ quidem ſcire oportet: nec ſunt diffici

lia cognitu. Similiter & in aliis quæcūq; per
negligentiam homines ignorare uidētur: ex
eo plane: quia in ipſis eſt nō ignorare: eſt enī
in ipſorum poteſtate diligentiā adhibere. At
fortaſſe tales ſunt quidam: ut diligentiā non
adhibeant. At ut tales fierent & iniuſti aut in
temperantes ipſi ſunt ſane cauſa diſſolute ui-
uentes & res iniuſtas agētes: & potui & reb⁹
talibus indulgētes. Operationes enī quæ ſunt
circa ſingula tales efficiūt. Quod quidē ex iis
patet qui cuiuis ludo uel actui ſtudēt: perſeue
rant enim in operādo. Ignorare igiť ex opa-
tionibus quæ fiunt circa res ſingulas habitus
ipſos emergere nimiū habetis hoīs eſt. Præ-
terea mœtas rationis egrediť iniurias faciētē
hoīem aut intēperate agentē nolle ſe iniuſtū
aut intēperatū eſſe. Quod ſiquis nō ignorās
agit ea ex qbus erit iniuſtus: iis ſua ſpōte erit
iniuſtus. Non tamē ſi uult, cū eſt iniuſtus, deſi
net eſſe talis ac iuſtus erit. Nec enī q ægrotat
ſi uult erit ſanus: & forte ſua ſpōte egrotat, ſi
incōtinenter uiuebat & pcepta medicoꝝ ne-
gligebat. Tūc igiť licebat ipī nō ægrotare: ſed
poſtea q̄ ualitudinē ꝑdidit ſuā, nō licet: ſicut
neq; fit, ut qſq; reſumat lapidē quē ꝓiecit: erat
tamen in ipſo ſitū ſumere ipſum atq; ꝓiicere:
principiū enim erat in ipſo. Modo eodē & in
iuſto & intemperanti licebat quidem ab ini-

tio talem nõ fore: quapropter ſua ſponte eſt
talis: ſed poſtea q̃ talis eſt factus: non licet: ipſi
non eſſe talem. Nõ ſolum autem animi uitia
noſtra ſponte fiunt: ſed corporis etiam inter⸗
dum a nonnullis identidẽ cõparantur. Quos
quidem & increpamus. Eos enim qui natura
ſunt turpes repræhendit profecto nemo: ſed
eos qui per inertiã tales atq; ocium euaſerũt:
idem & circa imbecillitatem euenire conſtat:
& cum quiſpiam membris eſt captus: nemo
nãq; exprobrabit cuiq̃ idipſum ſi ſit aut natu
ra: aut ægritudĩe aut uulnere cæcus ſed potiꝰ
miſerebitur. Quod ſi ebrietate uel aliquo alio
flagitio captus ſit oculis: omnes utiq; carpẽt
ac increpabunt. Vitia igitur corporis ea qui⸗
dem quæ in noſtra ſunt poteſtate repræhen⸗
duntur: ea uero quæ non ſunt non increpan⸗
tur. Hæc cũ ita ſint & in cæteris ea uitia quæ
increpantur noſtra in poteſtate ſunt col⸗
locata. Sed fortaſſe quiſpiam dicet uniuerſos
quidẽ homines id affectare ſemper quod bo⸗
num apparet: ipſius tamen apparẽtiæ domi
nos ipſos non eſſe. Sed qualis tandẽ unuſq̃ſq;
eſt talem & finẽ ipſi uideri. At ſi habitus ipſi⸗
us aliquo modo ſibi quiſq; eſt cauſa: erit & ap
parentiæ ipſe ſibi quodãmodo cauſa. Sin ue⸗
ro nemo eſt ſibi mala agẽdi cauſa: ſed hæc ob
ignorationem finis ipſius agit: putans per ea

ſe ſummũ bonum conſecuturũ. Affectatioq̃ finis non in noſtra eſt poteſtate: ſed ita natũ eſſe oportet ut habeat quaſi uiſum: quo q̃dem recte diſcernet & id expetet qđ uere eſt bonũ. Atq; is eſt ĩgenio bono cui idipſum bene ſeſe habet natura: id enim quod maximũ eſt atq; pulcherrimum: & quod fieri nõ põt ut ab alio accipiat atq; diſcat habebit qualẽ dicimus naturalẽ aptitudinẽ & ingenitum acumen. Atq; hoc recte natura beneq; ortũ eſſe: ipſa eſt habilitas pfecta ueraq; naturæ. Si igiť hæc uera ſunt: cur magis uirtus ſponte noſtra q̃ uitium cõparabitur. Ambobus enim ſimiliter tã bono q̃ malo finis ipſe natura aut quouis modo uidetur ac poniť. Cætera autẽ agũt quouis modo: ea ipſa referentes ad illum. Siue igitur finis non natura tale unicuiq; uideatur: ſed ſit aliquid etiã apud ipſum: ſiue quidẽ finis ſit naturalis cum ſua ſpõte uir ſtudioſus cætera agat. & uirtus ſponte comparetur atq; acquirať: uitium quoq; nõ minus comparabitur ſponte. Eſt enim ſimiliter & malo facultas in actibus: etiã ſi nulla ſit in fine poteſtas. Si igitur ut diciť noſtra ſponte comparantur uirtutes (ipſorum enim habituũ noſipſi cauſæ quodãmodo ſumus: finemq; talem ex eo ponimus: quia nos tales ſumus) uitia quoq; ab hominibus acquirentur ſimiles enĩ ſubeũt

modos. Cõmuniter igitur dictum eſt de uir-
tutib⁹: & genus ipſum figura: mediocritates
inquam ipſas eſſe ac habitus: & a quibus fiũt:
& principia eſſe illa per ſe agendi: noſtraq; in
poteſtate collocatas eſſe: & noſtra fieri ſpon-
te: atq; ita ut ipſa recta ratio iubet. Verum
non ſimiliter noſtra ſponte actus ac habitus
fiunt. Actuum enim a principio uſq; ad fi-
nem domini ſumus ipſe ſingula cognoſcen-
tes: habituum uero principii. Singulorum
autem additio non eſt nota quemadmodum
& in aduerſa fit ualitudine: ſed noſtra ſponte
ideo fiũt: quia noſtra erat in poteſtate ſic: aut
non ſic agere atq; uti. At nũc repetentes de ſin
gulis dicamus uirtutibus quænam ſint & cir-
ca quæ uerſentur: & quo etiam modo: ex qui-
bus & illud ſimul emerget quot ſunt ipſe uir-
tutes: atq; de fortitudine primum dicamus.

¶ Tractatus ſecundus. ¶ Capitulum. I.

f Ortitudinẽ itaq; circa mœ-
tus mediocritatem eſſe fidu
ciaſue perſpicuum iam eua-
ſit. Mœtuimus autẽ ea quæ
terribilia ſunt: atq; hæc ſim-
pliciter dicendo ſunt mala.
Quapropter & ueteres mœtum definientes
expectationem inquiũt eſſe mali. Mœtuimus
igitur omnia mala: ut infamiam: paupertatẽ:

morbos:inimicitias mortē. At non circa hæc omnia uir fortis eſſe uidetur. Sunt enim nō nulla mala:quæ quidem mœtuere oportet & honeſtum eſt:& non mœtuere turpe. Infamiam nāq; qui timet:eſt probus & uerecundus: qui non timet impudens. Fortis tamen trāſlatione dicitur a quibuſdam:quippe cum aliquid ſimile uideatur habere. Eſt enim & ipſe fortis iterritus quidam:paupertatem autem mœtuere forſitan nō oportet:nec morbum: nec omnino quicq̄ eoꝝ:quæ nec a uitio.nec a nobiſipſis ꝓueniunt. Nec tamen is eſt fortis: qui hæc non mœtuit:ſed hunc etiam fortem ſimilitudine quadā uocamus. Nōnulli enim homines in bellicis quidem periculis mœticuloſi ſunt:liberales autem ſunt & ad erogandas pecunias animoſæ ſe habent. At neq; ſi quis pro filiorū atq; uxoris pudicitia timet: aut inuidiam mœtuit:aut aliquid tale timidus eſt. Neq; etiam fortis ſi cum eſt uerberibus cedendus confidit. Circa quæ igitur terribilia uir fortis uerſatur? An circa ea quæ ſūt maxima? Etenim nemo tolerantior eſt malorum homine forti. Mors autem maxime omnium eſt terribile:eſt enim ultimum uitæ: & nihil poſt homini mortuo: aut bonum: aut malum eſſe uidetur. At enim neq; circa omne genus mortis uir fortis eſt & habetur. Nō

enim circa mortē eā quæ fit in mari:aut eue nit morbis. Circa quā ergo mortē uir fortis erit:an circa eam quæ eſt pulcherrima. Talis aūt eſt ea quæ fit in bello. In maximo nāq; fit & pulcherrimo certe piculo. Eodem accedūt & ipſi honores:qui tum a ciuitatibus:tū a re gibus ſunt iſtituti. Is igiť homo fortis ꝓpriæ diciť qui circa honeſtā mortē & ea oia quæ re pente eueniūt atq; afferūt ipſam interritus eſt. huiuſmodi uero ſunt ea quæ in bello con tingūt: quinetiā & in mari & in ipſis morbis uir fortis timore uacat: non tñ ita ut nautæ. Fortes eni & de ſalute ſua deſperant & genus tale mortis moleſte ferunt. Illi uero ſpe pro pter experientiā ſunt freti. Simul aūt & uirili ter fortiterq; agunt in qbus uires habēt locū: aut honeſtū eſt mori:quorū neutrū eſt in tali genere mortis. Capitulum. II.

n On eſt idem uniuerſis terribile. Et dicimus etiā aliquid eſſe quod facultatem ſuperat hominis. Id igitur unicuiq; terribile eſt ho mini ſanæ mētis:at ea quæ mo tas facultatis non egrediuntur humanæ:ma gnitudine differūt & intētione remiſſioneq;. Siliť autē & ea in qbus cōfidimus. Fortis itaq; impauidus eſt ut hō:atq; timebit quidē & hu iuſcemodi res formidoloſas. Verū ut opor tet & ut

tet & ut dictat ratio tolerabit honeſtatis cauſa;hæc enim ipſius uirtutis eſt finis.fit autem ut hæc & magis & minus timeant homines: & etiam ut ea quæ non terribilia ſunt ut terribilia metuant.Atq; delinquitur cum metuūt aut ea quæ non oportet metuere:aut nō quēadmodum oportet:aut non quando oportet aut aliqd tale.Similitet peccatur & circa ea in quibus confidimus.Qui igit̃ & ea quæ oportet:& gratia cuius oportet:& ut oportet:& quando oportet fert & metuit & identidem confidit:is homo eſt fortis.Fortis enim per habitum:& ut ipſa ratio iubet tam patitur q̄ etiam agit.finis autem operationis oīs is eſt qui accōmodatur habitui:& uiro etiam forti honeſtum eſt ipſa fortitudo.Talis igit̃ & ipſius eſt finis.Singula nāq; ſuo fine definiuntur.fortis igitur honeſtatis cauſa ſubit & agit ea quæ ad ipſam fortitudinem pertinēt.Exuperātium autem is quidem qui in non metuendo exuperat noīe caret.Atq; dictum eſt antea nominibus cōplura uacare.At uocari poteſt inſanus quidem uel ſtupidus ſi nihil omnino neq; motus terræ neq; fluctus.ut de celtis dicitur metuat:ſed his qui circa res formidoloſas exuperat confidendo:audax eſt.Videtur aūt ipſe audax & arrogās eſſe & fortitudinis ſimulator.Qualis igit̃ eſt fortis circa res

ipſas formidoloſas: talis & ipſe uideri uult: itaq; imitatur illum in quibus poteſt. Quapropter & complures ipſorum audaces ſunt ſimul & timidi. In his enim audentes res formidoloſas non ſuſtinent. Is autem qui metuēdo exuperat timidus eſt: nam timet ea quæ non oportet: & ut non oportet & omnia talia ipſum ſequuntur. Deficit autem & in confidendo: ſed in doloribus exuperās magis eſt manifeſtus. Meticuloſus igitur male ſeſe habet circa ſpem: quippe cum uniuerſa metuat Fortis uero contra ſeſe habet confidere nāq; bene ſperantis hominis eſt. Circa igitur hæc uerſatur & audax & meticuloſus & fortis: ſed diuerſo modo ſeſe habent ad ipſa: illi nāq; exuperant & deficiunt: ac hic mediocriter ſeſe habet & ut oportet: & audaces quidem percipites ſunt ante ipſa pericula & uolunt ea: ſed cū in ipſis ſunt tergiuerſantur. Fortes autem in ipſis quidem operibus feruidi ſunt: antea uero quieti. Vt igitur dictum eſt fortitudo mediocritas eſt circa ea quibus confidimus & ea quæ terribilia ſunt in iis quæ diximus: & eligit atq; fert ipſa: qui eſt honeſtum: & quia eſt turpe non ſnbire atq; perferre. Mortem autē ſibi conciſcere ob fugiendam paupertatem: aut amorem: aūt moleſtum aliquid non fortis eſt hois: ſed potius timidi. Eſt eni mollicie

laborioſa fugere: atq; nõ quia res eſt honeſta oppetit mortẽ: ſed quia malũ fugit: fortitudo igit̃ tale aliquid eſt. ¶Capitulum. III.

d Icunt̃ & aliæ fortitudines quinq; modis. Atq; prima eſt ipſa ciuilis. Maxime autem ſimilis eſt: ciues enim ob increpationes quæ ſunt ex legibus & probra honoreſue pericula ſubeunt: & propterea fortiſſimi quidem uidẽtur eſſe. Apud quos timidi quidẽ infames ſunt: fortes autem afficiũtur honore. Tales & Homerus affert, ut diomedem ac Hectorem. Dicit enim Hector: nã me pulydamas ante omnis ipſe repræhendet: & Diomedes: inter enĩ dicet Troianos optimus Hector. tidides me tuens puppes confugit ad altas. Hæc autem ex eo maxime ſimilis eſt ei de qua ſupradiximus quia fit ob uirtutem. Ob pudorem enĩ & appetitionem honeſtæ rei: honoris inquã: & ob fugiendam repræhenſionem quæ quidem eſt turpis. In eodem poſuerit quiſpiam & eos qui compelluntur a magiſtratibus: uerum deteriores eo ſunt: ꝙ non ob pudorem ſed ob metum id faciunt: & fugiunt nõ rem turpem ſed moleſtã. Cogunt enim ii qui poteſtatem habet: ut Hector.

Quẽ ꝓcul a pugna trepidantẽ forte uidebo.
Is canibus fiet: fiet quoq; uulturis eſca.

Idem faciunt & qui imperant: & ſi recedunt uerberibus afficiũt & qui ante foſſas & huiuſmodi loca conſtruunt aciem: oẽs enim cogũt at non neceſſitate ſed quia res eſt honeſta fortem eſſe oportet. Videtur etiam & ipſa ſingularium rerum peritia fortitudo eſſe. Quapropter & Socrates fortitudinem ſcientiam eſſe putauit. Tales autem alii quidẽ in aliis ſunt. In rebus autem bellicis milites. Sunt enim in bello complures res uanæ: quæ quidem maxime ipſis ſunt notæ. Atq; ideo fortes uidentur: quia quales ſunt illæ alii neſciunt: deinde & aduerſarios offendere & ſeipſos tueri maxime experientia poſſunt: & euitare hoſtis conatus: & illum percutere: cum armis uti poſſint & talia habeant ut & ad faciendum ſint & non patiendum aptiſſimi. Quibus efficitur ut ipſi tanq̃ aduerſus inermes armati: & tanq̃ aduerſus rudes ludi magiſtri decertent: etenim in huiuſcemodi certaminibꝰ non ii ſunt pugnaciſſimi qui fortiſſimi ſunt: ſed ii qui uires ampliſſimas habent & optime ſeſe habẽt corporibus. At uero milites tũc timidi fiunt cum excreſcit periculum: & inferiores ſunt copiis ac apparatu: primi namq; fugam arripiunt: urbanæ uero copiæ manent atq; intereunt quod quidem & in hermæo accidit. Hæ nãq; turpe fugere & mortem tali ſaluti præ

ferendam eſſe cenſent: illi uero ut ſuperiores ab initio ſeſe obiectant periculis. Re autem intellecta fugam arripiũt mortem magis q̃ dedecus formidantes: ſed uir fortis non eſt talis. At qui iram etiam ad fortitudinem referũt: fortes enim & ii uidentur qui ob iram feruntur perinde atq; feræ in eos qui ipſos uulnere affecerunt: quia & fortes concitãtur ira. Eſt enim ira res impetuoſiſſima ad aggredienda pericula. Quapropter Homerus dixit. Vires iniecit ira & animum ira concitauit: & acuta per nares uis: & efferuuit ſanguis. Hæc eni uniuerſa iræ concitationem impetuumue ſignificare uidentur: fortes igitur ob honeſtatem agũt & ipſa ira ſubminiſtrat: feræ autem ob dolorem: quia namq; uulnus acceperunt: uel quia timent: nam ſi ſuis in luſtris ſint non inuadunt non igitur ſunt fortes propterea q̃ a dolore concitatæ ac ira ad periculum irruũt: nihil prouidentes malorum: nam hoc modo & ipſi aſini cũ eſuriunt fortes eſſent: nõ enim a pabulo uerberibus dimouentur. Adulteri quoq; propter libidinem multa audent. Nõ igitur fortes ſunt que ob dolorem ac iram ad pericula compelluntur. Maxime autem naturalis ea eſſe uidetur quæ eſt ob iram: & eſſe fortitudo electione ſumpta fineq;: & ipſi etiã homines cum iraſcuntur dolent: cum ulciſcun-

tur capiũt uoluptatem. Qui autem propter hæc agunt pugnaces quidem ſunt: at non fortes. Non enim ob honeſtatẽ agunt, nec ut ratio præcipit: ſed ob ipſum affectum. Aliqua tamẽ ex parte ſunt ſimiles fortibus. Nec etiã ii qui ſunt ſpe freti ſunt fortes; nam ex eo q̃a ſæpe multoſq; uicerunt fiduciam in periculis habent. Sunt autẽ ſimiles fortibus: q̃a utriq; confidunt: ſed fortes quidem ob eas res quas paulo antea diximus. Illi uero quia ſe ſuperiores eſſe putant: & nihil uiciſſim ſuſcepturos mali: tale & ipſi ebrii faciunt. Sperant eni omnia ſibi proſpere euenire. Cum uero non eueniunt ipſis talia: fugam arripiunt. At uiri fortis erat res eas quæ ſunt hominibus & uident᷑ formidoloſe ferre: quia honeſtum eſt ferre: & turpe non ferre. Quamobrem & magis fortis eſſe uidetur ſubitis potius in terroribus interritum eſſe ac ſine turbatione q̃ in prouiſis. Eſt enim ab habitu magis aut minus ex apparatu: nam antea uiſa cogitatione & ratione q̃ſpiã eliget. At ea quæ repente eueniũt habitu: fortes etiã eſſe uident᷑ & qui ignorant: & ſunt non longe ab iis qui ſpe freti confidunt. Deteriores autem ſunt. quantum dignitatis nihil habent: illi autẽ habent: quapropter & aliquo tempore manent. Hi uero decepti ſi cognouerint uel ſuſpicati fuerint aliud eſſe q̃ pu

tabant fugiunt. Quod quidem Argiuis contigit cum in Lacedæmonios tanq̃ in Sycionios incidiſſent. Dictum igitur quales nam ſint ipſi fortes: & ii quoq; qui fortes eſſe uidētur.

Capitulum. IIII.

s Ed q̄q̄ circa fiducias metuſue fortitudo uerſat̃: tamen non ſimili modo circa utrũq; ſed magis circa res formidoloſas cernitur. Qui nãq; nõ turbatur in hiſce: atq; ſe habet circa has ut oportet: magis eſt fortis q̃ is qui circa eas in quibus confiditur ſe habet ut oportet. fortes igit̃ ex eo dicunt̃: quia res ut dictum eſt inferentes dolores tolerant. Idcirco fortitudo dolores affert & non iniuria laudatur. Difficilius enim eſt dolores ferre q̃ a uoluptatibus abſtinere. Enimuero fortitudinis finis iocũdus eſt: uerum ab euenientibus doloribus obfuſcatur: ut & in certaminibus fieri ſolet: nam pugilibus finis quidem ipſe iocundus eſt gratia cuius certant, coronæ inquam atq; honores: ſed cedi mœleſtum eſt: cum ſint e carne doloreſq; affert & omnis omnino labor: atq; quia hæc ſunt multa: ideo id gratia cuius certant: cum ſit res parua, nihil iocundi uidetur habere. Quod ſi tale & circa fortitudinem eſt mors quidem atq; uulnera forti uiro mœleſta erũt atq; iuito. Feret tamẽ qđ honeſtũ eſt

ea ferre: uel turpe non ferre. Atque quo magis omnis uirtute pollet, & fœlicior eſt: eo magis ob mortem ſane dolebit. Vir enim talis maxime dign⁹ eſt uita: maximiſque bonis priuatur idipſum ſciẽs: quod quidem dolorem affert. Verum nihilominus eſt fortis: & eo magis fortaſſe: quam honeſtatem que eſt in bello his anteponit. Nec fit ut omnibus in uirtutibus cũ uoluptate operemur: niſi quoad attingitur finis. Nihil autem fortaſſe uetat non eos qui tales ſunt præſtantiſſimos milites eſſe: ſed eos qui minus quidem ſunt fortes: nullam autẽ aliud bonum habent: hi namque parati ſunt ſeſe periculis obiectare: uitamque pro paruo emolumẽto produnt: de fortitudine igitur hactenus dixiſſe ſufficiat. Quid autẽ eſt ex iis quæ diximus non eſt difficile comprehendere ac aſſignare figura.

¶ Tractatus tertius. ¶ Capitulum. I.

Post hanc de temperantia dicamus: hæc namque uirtutes partium earum eſſe uidentur quæ ſunt rationis exptes. Atque temperantiam circa uoluptates mediocritatẽ ẽẽ iam antea diximus: minus enim & non ſimiliter circa dolores uerſatur. In eiſdem autem & in temperantia eſt. Sed nũc circa quas eſt uoluptates determinemus opor

tet. diuidãtur igitur animæ atq; corporis uo-
luptates: ut honoris cupiditas & auiditas di-
ſciplinæ. Nam tam ambitioſus q̃ auidus diſci
plinæ eo gaudet cuius eſt auidus: & corpus nĩ
hil ſed mens potius patitur. Atq; ii qui uolu-
ptatibus huiuſcemodi alliciuntur. nec tempe-
rantes: nec intemperantes dicuntur. Pari mo-
do neq; qui circa cæteras uoluptates quæ non
attribuuntur corpori occupantur. Eos enim
qui fabulis & narrationibus delectantur & cir
ca talia dies cõſumunt uerboſos quidem atq;
deliros: intemperantes autem non conſueui-
mus appellare: nec eos etiam qui pecuniarũ
uel amicorum cauſa dolent. Temperantia igi
tur non circa animæ: ſed circa corporis uolu-
ptates uerſatur: non tamen & circa has ipſas
omnis: qui namq; rebus iis gaudent quæ uiſu
percipiuntur: ut coloribus: figuris: pictura:
nec temperantes nec intemperãtes dicuntur.
Et ſi uidentur & his homines & ut oportet &
magis q̃ oportet & minus etiam gaudere. Si
mili modo neq; qui rebus iis gaudẽt quæ au-
ditu percipiũtur. nemo enim aut eos qui can-
tu uel hiſtrionis gaudent uoce plus q̃ opor-
tet intemperantes: aut eos qui ut oportet eiſ-
dem gaudent: temperãtes appellat: nec etiam
ii qui circa odores gaudent: niſi per accidens:
non enim eos qui malorum aut roſarum aut

uapoꝝ: ſed eos potius qui unguẽtorum aut epularum odoribus delectãt intemperantes dicimus eſſe. His enim intẽperãtes ex eo gaudent. quia per hos ipſis rerum eaꝝ quas cupiunt recordatio fit. uidere etiã licet & cæteros cum eſuriũt epularum gaudẽtes odore: at his delectari intẽperãtis eſt: quippe cum eius hæc obiiciantur cupiditati. At qui neq; cætera aĩalia uoluptatẽ niſi per accidens per hoſce capiũt ſenſus. Neq; enim odore lepoꝝ: ſed eſu gaudent canes. odor autẽ ſenſum fecit: neq; uoce bouis leo: ſed eſu. Per uocem autem ſenſit illũ eſſe propinquum: atq; hoc ipſo gaudet. Pari modo neq; ſi uidit aut inuenit ceruum aut feram capram: hoc ipſo gaudet: ſed quia cibum habebit. Circa uoluptates igitur tales tẽperãtia intẽperantiaq; uerſatur quæ quidem & cæteris animalibus ſunt cõmunes. Quocirca ſeruiles & ferinæ uidentur. Hæ autem ſunt quæ tactu guſtuq; ſuſcipiuntur. At enim & guſtu parum intẽperantes uel minime uti uidẽtur. Guſtus enim officium ſaporum iudiciũ eſt. Quod quidẽ ii faciũt qui uina probãt & epulas condiũt. non nimium autem hiſce gaudẽt intẽperantes: ſed uoluptate quæ fit omnis per tactum & in eſculentis ac poculentis: & in hiſce quæ uenerea nũcupantur. Quapropter & quidam uoluptatibus deditus epularũ: phi-

loxenus inquam Erixius præcatus eſt:ut lon
gius ſibi guttur q̃ grauis fieret:ꝓpterea ꝙ ta
ctu delectabať. Seſuum igiť maxime cõis eſt
is circa quem intẽperãtia uerſať:atq; propte-
rea iure uitupanda eſt ꝙ hoibus non ratione
qua hoies ſunt accidit:ſed aialia. Talibus igiť
gaudere maximeq; talia cõſectari ferinũ eſt.
Etenim liberaliſſime uoluptates quæ per ta-
ctum proueniunt exceptæ ſunt ut eæ quæ in
ludis ac certaminibus per fricatiõem calorẽq;
fiunt. Non enim intemperantis tactus circa
uniuerſum eſt corpus:ſed circa quaſdam cor-
poris partes. ¶ Capitulum. II.

Vpiditatum aliæ cõmunes ſunt:
c aliæ ꝓpriæ atq; adiunctæ:alimeu-
ti nãq; cupiditas naturalis eſt:oẽs
enim cum indigẽt nutrimento ſic
cum aut humidum alimentum:& nonnunq̃
utrunq; cupiunt:cubile etiam cupit ut inquit
Homeros iuuenis atq; uigens. Non autẽ oẽs
tale uel tale uel eadem cupiunt quocirca nr̃m
idipſum eẽ uideť:habet tñ & aliqd naturale:
alios enim alia delectãt. & quædã qbuſdã ma
gis q̃ alia quæcũq; ſunt uoluptati. Hec cũ ita
ſint in naturalibus quidẽ cupiditatibus pau-
ci peccant & ad unum ad ipſum inquam plus.
Cum enim qſpiam quæuis comedit aut bibit
donec impleať ſupfluo:fit tum rei nãlis exu-

peratio multitudine. Ipſa nāq; naturalis cupiditas indigentie eſt repletio. Quapropter hi furentes circa uentrem dicuntur: quia ultra q̃ oportet ipm̃ implent atq; faciunt. Tales autem ii fiunt qui mancipiis ſunt perſimiles. At circa proprias cupiditates complures homines multiſq; modis delinquunt: nam cum talium amatores ex eo dicātur: quia uel gaudēt quibus non oportet: uel magis q̃ oportet: ut ipſi multi: uel non ut oportet in uniuerſis intemperantes excedūt. Gaudent enim quibuſdam quibus non oportet gaudere: quippe cū ſint odio digna. Et quāuis talibus quibuſdam oportet gaudere: magis illis gaudent q̃ oportet: & q̃ ut ipſa gaudet multitudo. Eam igitur exuperationem quæ eſt circa uoluptates intēperantiam eſſe & uituperabilem conſtat.

¶ Circa uero dolores non ut in fortitudine: ſic in ipſa temperantia fit: ut temperans quidē dicatur quiſpiam ferendo dolores: intemperans autem non ferendo. Sed intēperans quidem ex eo dicitur: quia dolet magis q̃ oportet cum uoluptate nō potitur: atq; ipſum dolorem affert ei ipſa uoluptas. Temperans aūt ex eo: quia abſentia rerum earum quæ efficiūt uoluptatem non dolet. Intemperās igitur ea omnia quæ afferunt uoluptatem: uel ea quæ maxime cōcupiſcit: & a cupiditate adeo duci-

tur: ut illa cæteris omnibus anteponat. Quapropter & non adipiſcens & cupiens dolet: cupiditas enim eſt cum dolore. Abſurdo aũt eſt perſimile ob uoluptatem dolere: atqui deficientes in uoluptatibus & minus gaudentes homines q̃ oportet: non nimium fiunt. Nõ eſt enim inſenſibilitas talis humana. Etenim animalia cætera cibos diſcernũt, & q̄buſdã quidem gaudent: a quibuſdam uero abhorrent. Quod ſiquis ſit cui nullus ꝓrſus eſt uoluptati: nec ullus ab alio differt: is longe ab homine diſtat. Nomen autem non habuit talis: qa nõ facile fit. Vir autem temperans in his mediocriter ſeſe habet. Nec enim iis gaudet quibus intẽperans maxime delectatur: ſed potius moleſte fert: nec iis omnino quibus delectari nõ decet: nec uehementer ullis rebus huiuſcemodi delectatur: neq; ſi abſint dolet: neq; cupit: niſi mediocriter temp̃: nec magis q̃ oportet: nec quando non oportet ulla res omnino talis ipſum delectat. Mediocriter autem & ut oportet eas res appetit: quæ uoluptate quidem afficiũt: ad ſanitatem autem & bonam corporis habitudinem conferunt. & res cæteras uoluptatis effectrices identidem: ſi nec impedimento ſint dictis habitibus corporis: nec honeſtatis cãcellos: nec facultatum mœtas egrediãtur: nam qui ita ſe habet: magis q̃ dignum

eſt eiuſmodi uoluptates amare uidetur. Atẽperans non eſt talis: ſed ita ſeſe habet ut ipſa ratio recta præſcribit. ℂ Capl'm. III.

Oſtra autem ſpõte magis intemperantia q̃ timiditas comparatur. Hæc enim ob uoluptatem: timiditas fit ob dolorem: quorum alterum expetimus: alterum fugimus. Et dolor quidem diſtrahit atq; corrũpit naturam eius qui habet ipſum: uoluptas autẽ tale facit. Magis igitur interpraetãtia noſtra ſponte q̃ timiditas acquiritur. Quapropter & repræhẽſione magis eſt digna: nam ad res afficiẽtes uoluptate facilius eſt aſſueſcere. Sunt enim cõplures tales in uita. Et aſſuetudo fit ſine periculo: in rebus aũt formidoloſis contra. Videbitur etiã timiditas non perinde atq; ſingula ſpõte agendi principio ſubiici. Hec enim dolore uacat: ſed illa adeo dolore diſtrahũt. ut & arma piicere: & cætera contra decus agere cõpellãt. Quapropter & uiolenta eſſe uidentur at intẽperantia fit contra: ſingula nãq; ſponte agendi principio magis ſubiiciunt: quippe cum intemperãs ea pcupiat atq; affectet. Totum autem minus: nemo enim cupit intẽperãs eſſe. Nomen aũt intẽperantiæ: & ad puerilia delicta transferrimus: habet enim ſimilitudinem quãdam. Vtrum aũt ab utro dicatur nihil ad

præſentem refert ſermonem:cõſtat tamen a priore poſterius dici:atq̃ nõ abſurde uidetur eſſe tranſlatũ. Eſt enim ſtat tamẽ a priore poſterius dici:atq̃ non abſurde ui detur eſſe trãſlatum. Eſt enim caſtigãdum & temperãdum id omne quod turpia concupiſcit & incremẽtum ſuſcipit magnum atq̃ luxuriat. Tale aũt eſt ipſa cupiditas maxime atq̃ puer: nam & pueri cupiditate uiuũt & in his ipſis maxime uiget appetitio rerum earum quæ uoluptate afficiunt. Si igitur non obtemperet neq̃ ſubiici patiatur nimirum efferetur. Eſt enim uoluptatum appetitio inſatiabilis & undiq̃ adeſt imprudenti:& ipſe cupiditatis actus id quod eiuſdẽ generis eſt auget. Quod ſi magnæ ſint uehemẽteſq̃ cupiditates rationem quoq̃ extrudũt atq̃ eiiciunt. Quamobrem mediocres ſint ipſe & perpaucæ & rationi non aduerſentur oportet. atq̃ id quod eſt tale:obediẽs & tẽperatum caſtigatũq̃ uocamus. Sed ut uiuere puerum ſub pedagogi præceptis oportet:ſic & cupiẽdi uis cupere debet. perinde atq̃ ratio iubet. Idcirco tẽperantis cupiditatem concordem eſſe cum rõne oportet: nam utriuſq̃ ꝓpoſitũ eſt honeſtas. Atq̃ uir tẽperãs ea cupit quæ cupe oportet:& ut oportet. & qñ oportet. Hoc aũt mõ & ipſa ratio dictat. Hæc igitur ſint de tẽperãtia dicta. ¶ Finis tertii libri.

¶ Liber quartus ethicorum.

¶ Tractatus primus. Capitulũ. I.

D Einceps de lĩbalitate dicamus. uidetur itaq; medioeritas circa pecunias eſſe: non enim becillis in rebus ipſe uir liberalis: nec in quibus laudaẽ uir temperans: nec etiam in iudiciis ſed in dandis capiendiſue & magis in dandis pecuniis laudatur. Atq; pecunias ea dicimus uniuerſa: quorum æſtimatio menſuratur nũmo. Eſt antem & circa pecunias exuperatio quidem prodigalitas: defectus autem illiberalitas: & illiberalitatem quidem ac auaritiam iis ſemper accõmodamus: qui magis q̃ oportet pecuniis ſtudent. Prodigalitatem uero nectentes nõnunq̃ efferimus: nam eos homines qui ſunt incõtinentes & ob intemperãtiam pecunias profligant prodigos uocitamus. Quapropter tales hoĩes ſunt flagitioſiſſimi. multa nãq; uitia ſimul habent. At non proprie tali nomine nũcupanẽ. eſt enim prodigus qui malum unum aliquod habet: corrũpere inquam patrimoniũ. Prodigus enim eſt qui ob ſeipſum perditur. Videtur autẽ & patrimonii diſſipatio interitus quidam ipſius eſſe: propterea ꝙ patrimonio ac facultatibus uiuitur.

bus uiuitur. Hoc igitur modo prodigalitatē accipimus. Rebus autem his quarū eſt aliquis uſus & bene uti & male etiam poſſumus. At diuitiæ res ſunt tales. Is aūt optime re quauis utiť qui eam uirtutem habet quæ ad rem illā accōmodať. Et diuitiis igitur optime iis uteť qui uirtutem eam habet quæ ad pecunias attinet. Hic autem eſt ipſe uir liberalis. at qui ſumptus q̄dē datioq̄ pecuniarū eſt uſus earū: acceptio uero cōſeruatioq̄ poſſeſſio potius eē uideť. Quocirca uiri liberalis eſt poti⁹ dare quibus oportet q̄ cape unde oportet & nō capere unde non oportet. Eſt enim ipſius uirtutis beneficia potius cōferre q̄ ſuſcipe: & honeſta potius agere q̄ non agere turpia. Nō eſt autē obſcurum cum das quidē ſequi ut bn̄ficia conferas honeſtaq̄ agas: cum capis uero ut ſuſcipias aut nō turpia agas. Gratia præterea ſequitur eum qui dat nō eum qui non capit: & laus etiam magis: facilius eſt etiam nō accipere q̄ dare homines enim multo min⁹ erogant ſua q̄ non accipiunt aliena: ii quoq̄ qui dant liberales dicuntur: ſed qui non accipiunt nō ob liberalitatem: ſed ob iuſtitiam potius laudantur: qui uero capiunt nec laudantur ualde. Liberales inſuper homines maxime omnium fere ſtudioſorum amantur: proſunt enim: at id conſiſtit in dando.

¶ Omnes autem actus uirtutũ ho neſti ſunt & honeſtatis cauſa fiunt. Et liberalis igiƭ honeſtatis cauſa dabit & recte. Dabit enĩ quibus oportet & quot oportet & cũ oportet: cæteraq; omnia obſeruabit quæ dãdi actũ rectũ ſequunƭ: & etiã cũ uoluptate uel ſine ullo dolore: id enim qđ per uirtutẽ efficiƭ efficit uoluptate. aut fit cũ indolentia ſane: minime uero affert dolorẽ. At is qui dat qbus nõ oportet. aut non honeſtatis gratia: ſed ob aliquã aliam cauſam nõ liberalis: ſed alius quidã diceƭ & itidem is qui dãdo dolet: honeſtis enim actibus talis pecunias anteponet: qđ quidẽ non eſt liberalis. At uero neq; capiet unde nõ oportet. talis enim acceptio non eſt eius qui pecunias nõ magnifacit. Nec etiã ad poſtulãdũ ꝓpẽſus erit: facile nãq; ſuſcipere beneficia nõ eſt hoĩs beneficia cõferentis. Verũ unde oportet accipiet: ex ꝓpriis inquã rebus: nõ quia idipſum honeſtũ ſit: ſed ꝙ neceſſariũ ut donare poſſit. At neq; res ſuas negliget: quippe cũ per illas quibuſdã affectet opem afferre. Neq; quibuſuis dabit: ut qbus oportet & quãdo & ubi eſt honeſtũ donare poſſit. Ad hoĩem præterea liberalem pertinet imprimis ut in dando adeo exuperet: ut ſibiipſi pauciora relinquat: eſt.n. liberalis nõ ad ſeipſum reſpicere: at enim pro facultatibus ipſa liberalitas dicitur. Liberalis

enim actio non in multitudine rerũ quæ dantur:ſed in habitu dantis conſiſtit. Hic autem pro facultatibus erogat. Nihil igitur prohibet eum magis eſſe liberalẽ qui pauciora donat ſi modo minores ei ſint facultates. Magis autem ii liberales ſunt qui non compararunt ſibi facultates:ſed ab aliis acceperũt:nec enim experti ſunt diligentiam:& opera omnes ſua amant:ut parentes atq poetæ. At uero facile non eſt liberalem diuitem eſſe quippe cum non ſit ad capiendum & conſeruandum: ſed ad erogandum procliuis: neq magni per ſe faciat ipſas pecunias;ſed cauſa dãdi. Quapropter & accuſaĉ fortuna quod homines ii qui maxime ſunt digni minime ſunt locupletes. Accidit autem idipſum non ſine ratione: fieri enim non poteſt ut is pecunias habeat qui non adhibet diligentiam ut paret ipſas: quẽadmodum & cæteris in rebus fieri ſolet:attamen non dabit quibus nõ oportet:neq quãdo non oportet: & de cæteris talibus ſimili modo. Non enim ageret liberalitatis ipſius lege: & conſumptis ad hæc ipſa fortunis ad ea quæ oportet:& cum oportet ſumptus facere dareq non poſſet. Etenim is eſt ut paulo ante diximus liberalis:qui ꝓ facultatibus erogat & in quibus oportet:qui uero exuperat ꝓdigus eſt. Quocirca tyrãnos prodigos nõ di-

cimus: non enim facile uidet̃ eſſe dãdo ac erogãdo tãtam rerum quas habẽt copiã exuperare. Cum igit̃ liberalitas mediocritas ſit circa dãdas capiẽdaſq; pecunias: liberalis dabit in q̃bus oportet & quot oportet: tam in paruis q̃ etiam in magnis: atq; cum uoluptate: & accidet unde oportet & quot oportet: nam cũ uirtus circa utrũq; ſit mediocritas: utrũq; faciet ut oportet: ſeq̃tur enim dationẽ bonam talis acceptio. Ea uero quæ nõ eſt talis cõtraria eſt. Hæ igit̃ quæ ſequunt̃ fiunt in eodẽ ſimul: cõtrariæ uero nõ fiunt. Quod ſi p̃ter id quod oportet & bene ſeſe habet cõtigerit ipſum pecunias erogare: dolebit ſane, moderate tamẽ & ut oportet: ad uirtutẽ enim pertinet ut pro q̃bus oportet & ut oportet uoluptas fiat ac dolor. Eſt etiã in rebus pecuniariis lenis ſocius ipſe uir liberalis: põt enim iniuriã pati qñquidem pecunias nõ multifacit: magiſq; moleſte fert ſiq̃d cum oporteret non erogauerit: q̃ dolet ſiq̃d cum nõ oporteret erogauerit. Simonidiſq; ſñiam non ꝓbat. Prodigus autẽ & in his ipĩs delinquit: nec enim lætat̃ nec dolet pro q̃bus oportet: & ut oportet: atq; hoc magis patebit per ea quæ deinceps dicemus.

¶ Diximus aũt exuperationem quidem eſſe prodigalitatem. Defectum autẽ illiberalitatẽ & in his duobus: in datione atq; acceptiõe; &

ſumptũ enim in datione ponimus. Prodiga-
litas igitur in dando quidẽ: & non in capiẽdo
exuperat: in capiẽdo autem deficit: at illiberali
tas ac auaritia deficit: quidem in dãdo: exupe
rat autem in capiẽdo: in paruis tamen. Prodi
galitatis igiť illa duo non nimium ſimul perſi
ſtunt: non eſt enim facile nulla ex parte capi-
entem cunctis donare: cito nãq; deficiunt pa-
trimonia priuatorum hominum eroganti-
um: qui quidem & ꝓdigi ſunt. Atq; talis non
parum melior uidebitur eſſe illiberali: & ab
ætate enim & ab ægeſtate facile curari: & ad
mediocritatẽ accedere poteſt: nam habet ea
quæ ſunt hominis liberalis: dat enim & non
accipit: quanq̃ neutrum facit ut oportet ac re
cte: quid ſi ad hoc aſſueſcat uel aliquo alio mo-
do mutetur fiet utiq; liberalis etenim dabit q-
b⁹ oportet & capiet unde oportet. Quapro-
pter & uidetur non eſſe moribus prauus: nõ
eſt enim improbi: nec ingeneroſi tam in dan
do q̃ in non capiendo exupare: ſtolidi tamen.
Qui uero hoc modo eſt prodigus multo me
lior eſt illiberali atq; auaro. cum ob ea quæ di
cta ſunt. tum etiam quia ꝓdigus quidem cõ-
pluribus prodeſt: illiberalis autem nemini ne
ſibiipſi quidem. Sed plæriq; prodigorum ut
dictum eſt & accipiunt unde non oportet: &
ſunt hoc ipõ liberales. Ad capiendum autem

proni fiunt quia cupiunt quidē erogare:hoc autē facile nequeunt facere:cū cito facultates ipſis deficiant:itaqꝫ ex alienis dare coguntnr. Et ſimul quia nulla eſt eis honeſtatis cura:ſine ullo diſcrimine & undiqꝫ capiunt: dare nāqꝫ percipiunt: quonam autem modo aut unde nullum eſt apud ipſos diſcrimen. Quapropter nec dationes ipſorum ſunt liberales: nō enim ſunt honeſte:nec honeſtatis gratia:nec ut oportet efficiūtur:ſed interdū quos oportet eſſe pauperes eos diuites faciunt:& iis quidem qui moderati ſunt moribus nihil darēt: adulatoribus autem multa: aut quampiam aliam afferentibus uoluptatem. Quáobrem & plæriqꝫ ipſorꝝ intemperantes ſunt:nam cū facile erogēt:proni ſunt & ad ſumptus in flagitiis faciendos. Atqꝫ quia non ad honeſtatē uiuunt ad uoluptates declinát. Prodigus igiť ſi nullam prorſus habeat emendationem ad hæc tranſgreditur, cura uero diligētiaqꝫ adhibita ad medium & ad id quod oportet tandem deuenerit.

❡ At illiberalitas ac auaritia incurabilis eſt: etenim & ſenectus & imbecillitas oīs auaros efficit. Eſtqꝫ hoībus inſita magis q̄ ꝓdigalitas plæriqꝫ nāqꝫ cupidi ſunt magis pecuniarū q̄ ad dandum procliues. Extendiť ꝑterea longe & plures ſpecieș ſubit:cōplures enim ſunt illi

beralitatis ac auaritie modi. nam cū in duob⁹ hiſce conſiſtat: in defectu inquā dandi: & exuperatione accipiendi: non in oībus ineſt tota: ſed interdū ſeiungitur: & quidā in capiendo exuperāt: quidā in dādo deficiunt. Qui nāq; talibus appellationibus nuncupantur parci: tenaces: aridi: oēs in dando deficiūt: aliena uero nō appetūt neq; accipere uolūt. quidā eni in dando deficiūt ꝑpter modeſtiā quādā turpiumq; rerū cautionē: uident̄ eni nōnulli uel ſaltem aiunt ob eam rem ſua conſeruare: ne cōpellerent̄ aliquādo turpe aliquid agere. Ex his eſt & ıp̄e cumini ſector: & quiuis talis: qui quidē ab exuperatione nō dādi cuiq̄ nomen habuit tale. Quidā uero ob metū abſtinet alienis: quippe cū nō facile ſit ipſos aliena: & nō alios res ipſorum accipere. Itaq; nec accipere ipſis nec dare placet. Quidam autē in capiendo exuperāt undiq; & quoduis capiētes: quales ſunt ii qui operationes illiberales exercēt: ut lenones omnes: & omnes tales: & fœnera tores: & qui dant parua pro magnis hi nāq; omnes unde non oportet & quantum non oportet accipiunt. Cōis autē ipſis oībus eſſe uidet̄ turpis comparatio lucri. Vniuerſi nāq; gr̄a lucri & huiuſce quidē parui ꝓbra ſuſtinēt eos enim qui grandia unde non oportet & quæ nō oportet accipiūt: ut tyrannos ciuita-

tes expugnantes & tẽpla ſpoliãtes : nõ illibe-rales:ſed pnicioſos:ſed impios:ſed iniuſtos potius appellamus. Aleatores tñ & fures atq̃ latrones illiberales ſunt:turpi eni uerſant̃ in lucro:oia nãq̃ cauſa quæſtus agunt & ſuſtinẽt ꝓbra. Atq̃ fures quidẽ capiẽdi gratia maxima pericula ſubeunt. Aleatores aũt ab amicis qu bus dare oportet lucrant̃. Vtriq̃ igit̃ uñ non oportet lucrari uolentes turpi in lucro uerſantur:& omnes tales accipiendi actus illiberales ſunt. Merito autẽ illiberalitas liberalitati cõtraria dicitur:nam & maius eſt malũ q̃ prodigalitas : & hoĩes magis hac ipſa peccant q̃ ea quam diximus prodigalitate. De liberalitate igitur & uitiis ipſi contrariis hæc dicta ſufficiant.

Capitulum. II.

S Equitur iam de magnificentia diſſeramus. eſt eni & ipſa uirtus quædam circa pecunias:non tamen ſeſe extendit ut liberalitas ad omnis pecuniarios actus:ſed ad ſumptus tantũ atq̃ in his ipſis liberalitatẽ exuperat magnitudine:nam ut ipſum nomẽ ſignificat:decens fit per ipſam in magnitudine ſumptus. Magnitudo autem eſt ad aliquid:non enim idẽ ſumptus trirenſis & ſpectaculoꝝ præfectũ decet. Decens igitur eſt & ad ipſum:& in quo & circa quæ fit. Qui uero paruis in reb⁹ ac medio

ſtribus pro dignitate ſumptus facit:qualis eſt ille qui dicit. Atq; ego ſæpe peregre dedi ueꝫnientibus ultro:nõ dicit magnificus. ſed is q in magnis.nã magnificus quidẽ liberalis eſt at liberalis nõ cõtinuo magnificus eſt. Talis autẽ habitus defectus quidẽ circa decoꝝ puſil litas nuncupat.exuperatio uero ſordiditas & circa decoꝝ ruditas appellat:& quot ſunt taꝫles nõ circa quæ oportet exuperantes magniꝫtudine:ſed in qbus non oportet:& quẽadmo dum nõ oportet: quærentes ſibi ſplẽdorem: de qbus poſterius dicemus. Magnificus aũt ſcienti ſimilis eſt:nã decoꝝ ipſum contẽplari põt & magnos cõcinne facere ſumptus. Vt enim in principio diximus habitus operatio nibus & iis quoꝝ eſt definit. Sũptus igit ma gnifici magni ſunt & decẽtes. Talia autem & opera ſunt:ſic enĩ magnus erit ſumptus & de cens ad opus:ut ſumptu qdẽ opus:opere ueꝫro dignus ſit uel etiã exuperet ſumptus. At q magnificus honeſtatis cauſa tales faciet ſumꝫptus. Hoc enĩ oĩbus eſt cõe uirtutibus: & etiã cũ uoluptate & ſine parſimonia erogãdo. Exa cta nãq; rõ ad puſillitatẽ nimirũ attinet. atq; poti⁹ quonã modo pulcherrimũ maximeq; decens fuerit ipſum opus cõſiderabit:q̃ quan ti cõſtiterit:& quonã modo cõfectũ per q̃mi nimos fuerit ſumptus. neceſſe eſt igit ipſum

magnificum liberalē etiam eſſe. Etenim libe-
ralis ſumptus faciet quos oportet & ut opor
tet. In his autem eſt magnum ipſum magni-
fici ut magnitudo circa hæc liberalitatis & ab
æquali ſumptu magnificenti⁹ faciet opus: nō
enim eadē eſt uirtus rei quæ poſſidet̄ & opis.
Etenim illa q̄dē eſt ea quæ q̄plurimo præcio
digna eſt & præcioſiſſima: ut aurum & opus
quod magnū eſt atq; pulchrū: talis enim ope
ris aſpectus eſt admirabilis: at qd̄ eſt magnifi
cū eſt admirabile: atq; uirtus opis eſt magnifi
cētia in magnitudine: īpēſæ uero ſunt hæ q̄s
dicimus honorabiles: ut ea quæ deorum hero
rūq; cauſa fiūt: dedicationes inquam & extru
ctiones ac ſacrificia: & ea quæ ad Rēp. libera-
liter fiūt: ut ſi aliquo in loco ludos ſplēdide fa
cere oportere putant: aut p̄fecturas ſubire na
uiū: aut etiā epulum publicū exhibere: atq; in
uniuerſis ut diximus: & ad agētē habet̄ reſpe
ctus quiſnam ſit: & quas habeat facultates. di
gna enim his eſſe oportet: & nō ſolū opus: ue
rum & ipſum facientē docere. Quocirca pau
per nō erit magnificus: quippe cum ei nō ſint
ea e quib⁹ multos decore faciat ſumptus: qui
uero aggredit̄ fatuus eſt: nam p̄ter dignitatē
facit: & id quod oportet: id uero qd̄ recte ſeſe
habet a uirtute emergit. Decēt aūt & eos qui-
bus talia antecedūt: aut per ſeipſos aut per ma

iores;aut per eos recta ad quos ipi ſe referunt propinquitatis aliqua ratione;& nobiles etiã & glorioſos & quotquot ſunt huiuſcemodi: hæc enim uniuerſa amplitudinẽ habent & dignitatem. Maxime igitur talis eſt ipſe magnificus & in talibus impenſis uerſatᷓ ipſa magnificẽtia quemadmodum diximus: & maxime enim & honorabiliſſime ſunt. E priuatis uero hæ ptinent ad magnificũ quæ ſemel fiunt: ut nuptiæ & ſi qd aliud tale. & ſi circa aliqd tota ciuitas;aut qui ſunt in dignitatibus ſtudeãt & circa hoſpitum ſuſceptiones:& miſſiones: & munera. Nõ enim ad ſeipſum:ſed ad publica ſumpt⁹ facere magnificus ſolet ipſa autem munera ſimile quid habẽt iis quæ diis dedicãtur. Ad magnificum etiam ptinet & domum a ſe extructã ut diuitias decet habere:eſt enim quoddã & hæc ornamentũ:& itẽ in iis magis operibus ſumptus facere que diuturno tẽpore perſiſtere pñt. Hæc enim ſunt maxime pulchra atq; in ſingulis decorꝝ ipſum ſeruare:nõ enim eadẽ diis:& hoĩbus & ad tẽplum atq; ſepulchrum accõmodantur. Eſt aũt unuſquiſq; ſumptus magnifici ſuo in genere magnus:& magnificentiſſimus quidem is eſt qui eſt magnus in magno:hic autẽ his qui eſt in his magnus & differt magnũ quod eſt in opere a magno quod eſt in ſumptu. Pila nãq; pulcherri-

ma: aut pulcherrimus urceus puerilis quidẽ muneris magnificentiã habet præcium autẽ eius puſillum eſt atq; illiberale. Quapropter magnifici eſt quocũq; in genere faciat magnifice facere. Tale nãq; neq; facile ſuperari põt: & ſeſe habet ut ſumpt⁹ dignitas poſtulat. Talis eſt igiť ipſe magnificus. Is autẽ qui exuperat atq; ſordidus eſt ſuuptus faciẽdo ultra id quod oportet exuperat ut eſt dictum: nã paruis in rebus multa conſumit: & ſplendorẽ inconcinne captat: nunc his qui pecunias cõferunt ad conuiuia ſibi parãda nuptiali apparatu epulum præbens: nunc ſubminiſtrans comedis exhibens in eorꝝ trãſitu purpuram: ut facere Megarenſes conſueuerunt. & oĩa talia non honeſtatis ſed oſtẽtationis diuitiarũ cauſa facit: & ut admiratione propter hæc ut putat afficiať: atq; ubi quidẽ multos facere ſumptus oportet paruos facit: ubi uero opns eſt paruis magnos. Puſillus autẽ in decoro circa uniuerſa deficit & maximis factis ſumptibus in paruo perdit decorũ: & quícqd facit tarde differendoq; facit: conſiderat quonã modo q̃ minimos faciat ſumptus: & etiã quæriť: cunctaq; maiora q̃ oportet ſe facere putat. Sunt igitur hi duo habitus: uitia quidem: nõ tamẽ afferunt probra: propterea ꝙ neq; detrimento ſunt aliis: neq; nimium ſunt deformes.

¶ Tractetus ſecundus ¶ Capitulum. I.

m Agnanimitas circa magna quidẽ uel ex ipſo noīe uerſari uidet. Circa quæ uero uerſat primũ accipiamus oportet: atq nihil refert ſiue habitũ ipſum: ſiue eũ cõſideremus qui habitũ habet. Itaq magnanimus is eſt qui magnis eſt dignus & dignum ſeſe magnis cẽſet. Qui nãq nõ ꝓ dignitate hoc facit ſtolidus eſt: at eorũ q ꝓditi ſũt uirtute nemo demẽs: nemo ſtolidus eſt. Is igit quẽ diximus magnanimus ẽ: q nãq parua meret & hiſce dignũ ſeſe cenſet: modeſtus quidẽ at nõ magnanimus eſt. Magnanimitas enĩ in magnitudine: ſicut & pulchritudo corpe in magno cõſiſtit: parui uero formoſi qdẽ ſũt & mẽbris apti: ſed ñ pulchri. ¶ Is autẽ qui eſt indignus & magnis dignũ ſeipſum cenſent lentus eſt. Nõ eſt autẽ oīs lentus qui maiorib⁹ q̃ meret dignũ ſeipm cẽſet. At is q ſe dignũ minorib⁹ q̃ dignus ſit opinat puſillanimus eſt: ſiue magna: ſiue mediocria mereat: ſiue parua quidẽ. minorib⁹ uero ſe dignum eſſe exiſtimet: & maxime uidebit is qui magnis eſt dignus: qd enim faceret ſi tãtis nõ eſſet dignus. Eſt igitur ipſe magnanimus magnitudine quidẽ extremis ratione autẽ ei⁹ qd oportet medius. Dignũ enim eo ſeipſo cenſet quod ad dignitatẽ ſuã accomodatur: illi ue

ro exuperant & deficiunt. Quod ſi magnitu
dine animi præditus magnis ſe dignū cēſeat
& ſit dignus: & maxime maximis: circa unū
genus maxime uerſabitur ipſe. Dignitas aūt
ad externa dicitur bona. Maximū uero id aſſe
ruerint oēs eſſe qđ diis ipſis tribuimus: & qđ
maxime hoīes qui ſunt in dignitate affectant
quodꝗ dari præmiū ob res pulcherrimas ſo
let. Talis aūt eſt ipſe honor: hoc eſt enim bo
norū maximum externorum. Circa igiť ho
nores & oppoſitum eorundem uerſatur ut
oportet ipſe magnanimus: & ſine etiā ratio
ne magnanimi circa honores eſſe uidētur. Vi
ri nāꝗ magni maxime ſe dignos eſſe honore
pro dignitate cenſent ſed puſillanimus defi
cit tam ad ſeipſum q̄ ad ipſius magnanimi di
gnitatem. Lentus autem reſpectu quidem ſui
exuperat: non tamen ipſum magnanimum.
¶ Atqui magnanimus ipſe cum ſit maximis
dignus fuerit optimus ſane: melior enim ma
iora ſemper mereť: & optimus maxima. Eū
ergo qui uere magni eſt animi bonū eē opor
tet: atꝗ magnanimi uidebiť id eſſe qđ eſt in
unaquaꝗ uirtute magnum: nulloꝗ modo
conuenit magnanimo pericula fugere ob ti
morem aut iniuriam facere: gratia nāꝗ cuius
is aget turpia cui nihil eſt magnum? Singula
uero conſideranti magnanimus ſi non ſit bo

nus. ridiculus omnino uidebitur: nec etiã dignus erit honore ſi prauus ſit: quippe cum honor præmium ſit uirtutis ac bonis hominibus tribuatur.

℄ Videtur igiť ipſa magnitudo animi tanq̃ ornamentum quoddã eſſe uirtutũ: nã maiores efficit ipſas: & ſine illis ipſa nõ fit. Quam obrẽ difficile eſt uere magnanimũ eſſe: nõ eni eſſe põt ſi non oĩs probitas adſit. Magnitudo igiť animi maxime circa honores & oppoſitũ uerſať: atq; magnanimus pro iis quidẽ honoribus qui & magni ſunt & a ſtudioſis hoĩbus offerunť moderate lætabitur tanq̃ accõmodatos ſibi uel minores etiam adipiſcens: uirtuti enim cumulatæ nullus dignus honor fieri poteſt. Accipiet tamen: quia maiora nequeunt exhiberi: ſed eos honores quos quiuis homines: & paruis tribuũt paruipẽdet oĩno: nõ eſt enim his dignus. Similiter & id quod eſt honori cõtrariũ: nõ enim iure fuerit circa ipſum. Vt igitur dictũ eſt uir magnanimus maxime circa honores uerſať: & circa tamen diuitias & poteſtates & oẽm pſperitatẽ aduerſitatẽq; fortunæ quocunq; euenerit modo moderate ſeſe habebit. & neq; uehemẽter in proſperitate letabiť: neq; nimium in aduerſitate dolebit: neq; enim circa honorem ita ſeſe habet: qui quidem maximum bonum eſt: po-

teſtates enim diuitiæq; ꝑpter honorẽ expetũtur. Itaq; qui hæc hñt per ipſa honoribus affici uolũt: cui igiť & honor eſt paruum: huic & cætera parua ſunt: quapropter ipſi magnanimi contẽptores ſunt. Videnť autẽ & ꝓſperitates fortunæ ad magnanimitatẽ cõducere: nobiles enim & ii qui ſunt in poteſtatibus cõſtituti uel diuites: digni cẽſenť houore. In excellentia nãq; cõſiſtũt, atq; omne bonũ quod excellit dignum eſt magis honore. quapropter & talia magis magnanimos faciũt. A quibuſdã enim honorantur: re aũt uera ſolus bonus eſt honorabilis: atq; ii quidẽ qbus inſunt ambo digni magis honore cenſenť: qui uero ſine uirtute talia bona habẽt immerito ſe dignos magnis honoribus æſtimant: neq; magnanimi recte dicunť: nõ enim ſunt hæc ſine cumulata uirtute: contẽptores aũt petulãteſq; fiunt non eſt enim facile ſine uirtute res moderate ferre ſecũdas: atq; cum æqualiter ferre nõ poſſint, putẽtq; ſe cæteris antecellere: illos quidẽ deſpiciũt: ipſi uero qcqd cõtigerit agũt: imitatur enim magnanimum: & ſiſiľes ei nõ ſunt: idq; faciunt in quibus poſſunt.

¶ Ea igiť quæ a uirtute ꝓficiſcunť nõ agunt: deſpiciũt autẽ cæteros: ſed magnanimus iure deſpicit: opinať enim uere: uulgus aũt ut contingit. Non aũt parua pericula ſubit: nec periculorum

culorum eſt cupidus propterea ꝙ res paucas multifacit:ſed ſubit magna.atqꝫ cum in piculo uerſat̃ uitæ ſuæ nõ parcet.quaſi non ſit dignum oĩo uiuere.Eſt etiã talis ut bñficia cõferat:& pudeat ipſum ſi ſuſcipiat beneficia:illud enim ſupioris eſt:hoc inferioris:& in retribuẽdo maiora beneficia cõferat:hoc enim modo debitor inſup fiet is qui primus contulit:atqꝫ ſuſcipiet bñficiũ. Videt̃ etiam & eorũ qdem meminiſſe in quos bñficia cõtulit:eoꝝ aũt nõ meminiſſe a qbus ipſe ſuſcepit:eſt enĩ is qui ſuſcepit inferior eo qui cõtulit bñficiũ: ipſe uero uult ſupior eſſe:& cum uoluptate q dẽ audit ea quæ cõtulit:ſine aũt uoluptate quĩ dẽ audit ea quæ cõtulit: ſine aũt uoluptate ea quæ ipſe accepit.Quapropter & Thetis non enarrat beneficia Ioui.nec Atheniẽſibus lacædemonii quæ contulerunt in illos:ſed quæ ſuſceperunt ab illis.Eſt etiam magnanimi neminis aut uix indigere:ſubminiſtrare aũt prompte:& ad eos quidem homines qui in dignitate ſunt conſtituti proſperitatibuſqꝫ utunt̃ fortunæ magnum ea:ad medicos autem mediocrem:illos enim ſuperare difficile eſt & glorioſum:hos autem facile:& inter illos quidẽ gloriari non eſt ingeneroſum:inter humiles autem eſt importunum:quemadmodum uiribus contra imbecillos contendere. Eſt etiam

magnanimi nõ adire ea quæ afficiunť hono-
re:& ubi alii primas occupant partis: & ocio
ſum eſſe ac tardũ: niſi ubi magnus eſt honos
uel opus:& paucas quidẽ agendas res aggre-
di:magnas autem & præclaras:neceſſe eſt eti
am palam ipſum tam odiſſe q̃ etiam amare:
quippe cum metuentis ſit occultare. Et ma-
gis ipſi curæ ueritatem:q̃ opinionem eſſe: &
aperte loqui ac agere:eſt enim hoc contem-
ptoris. Quapropter utitur libertate:ẽ enim
& libertate utentis. Iccirco contemptor eſt &
etiã uerax:niſi diſſimulatione utatur qua qui-
dem ad multitudinem utitur. & nõ poſſe ad
alium uiuere:niſi ad ſolum amicum: eſt enim
ſeruile. Quapropter & omnes adulatores. ſer
uiles ſunt & omnes humiles adulatores. Nec
eſt procliuis ad admirandũ. Nihil enim apud
ipſum eſt magnum:nec eſt ſibi mali memor
illati non: eſt enim magnanimi meminiſſe:
præſertim mala:ſed potius deſpicere: nec de
hominibus loquitur. Etenim neq; de ſeipſo
neq; de alio dicet. Nec enim ut laudeť ipſe nec
ut alii repræhendantur eſt ipſi curæ:nec rur-
ſus eſt laudator. Iccirco nec maledicus:ne i ini
micos qdẽ niſi ob cõtumeliã. De neceſſariis
p̃terea reb⁹ uel paruis minime eſt quærulus:
nec c ad p̃candũ procliuis. eſt enim ſtudẽtis cir
ca hæc ita ſeſe habere. Eſt etiã talis ut res ma-

gis pulchras ſineq́ fructu q̃ fructuoſas uti⸗
leſq́ poſſideat. Eſt enim magis ſufficientis. In
ſup ipſius magnanimi motus tardus eſſe de⸗
bet: & uox grauis & locutio tarda: non enim
properat is qui circa pauca ſtudet: nec eſt ue⸗
hemens qui nihil exiſtimat magnũ. Acumen
autem uocis & celeritas propter hæc ipſa fie⸗
ri ſolent. Talis eſt igitur ipſe magnanimus.
Is autem qui deficit puſillanimus eſt: qui ue⸗
ro exuperat lentus nec igitur hi mali homi⸗
nes ſunt: quippe cũ mala nõ faciant: ſed aber⸗
rant. Puſillanimus enim meretur quidem bo
na: his tamen ſeipſe priuat quib⁹ eſt dignus:
atq́ malũ quoddã habet: quia bonis ſe dignũ
nõ cenſet: & ſe ipſe ignorat. Appeteret enim
ea quibus eſt dignus: cũ ſint bona: non tamen
ſtolidi tale homines: ſed pigri potius & ſunt
& dicuntut. Talis aũt opinatio deteriores ip
ſos efficit: ſinguli nãq́ appetunt ea quib⁹ ſunt
digni. Dimouent ſeſe & a præclaris actibus &
officiis quaſi ſint digni. & a bonis externis ſi⸗
mili mõ. At lenti ſtolidi ſunt: & ſeipſos igno
rant & etiam clare: nam quaſi ſint digni re eas
aggrediuntur quæ honorãtur deinde redar
guuntur. Veſtituq́ ſe & geſtu & ſimilibus or
nant. & pſperitates ſuas manifeſta eſſe uolũt.
De ipſis ẽt dicũt ut ob ipſas afficiantur hono⸗
re. Magnitudini aũt animi puſillanimitas op

ponitur magis q̃ lětitudo. Fit enim magis & peior eſt. Magnitudo igitur animi circa honorem ut diximus uerſatur. ℂ Capl'm. II.

St etiã circa honores ut antea diximus & alia quædã uirtus: quæ quidẽ perinde ſeſe habet ad animi magnitudinem atq; ſeſe habet ad magnificentiam liberalitas. hæ nãq; uirtutes ambæ a magnitudine quidem diſcedunt. circa uero mediocria paruaq; nos: ut oportet diſponunt. Atq; ut in capiẽdis dãdiſq; pecuniis mediocritas eſt & nimiũ atq; parũ ſic & in honorum appetitiõe fit: ut magis q̃ oportet & minus: & unde oportet & ut oportet appetãtur honores. Repræhẽdimus enim ambitioſum hominem: atq; honoris appetitione uacantẽ: illum quia plus q̃ oportet & unde non oportet honorem appetit. Hunc quia ne ob res quidem honeſtas honoribus affici uult. Interdũ autem illum tanq̃ uirilem & rei cupidum pulchre. Interdum hunc tanq̃ moderatum modeſtumq; laudamus: quemadmodum & antea diximus. Cõſtat autem cum pluribus modis quiſpiam alicuius cupidus rei dicatur nõ ad idem nos ſemper ambitioſum ipſum referre: ſed cum laudamus ad plæroſq; quia magis q̃ plæriq; honores cupit. Cum repræhendimus ad id quod oportet: qa magis q̃ opor

tet honores affectat. Cum autẽ nomine me- diocritas uacet contendere de ipſa tanq̃ regio ne uacua uidentur extrema. In quibus uero nimium eſt atq; parum in iis eſt & medium. At honores & magis q̃ oportet affectantur & minus. Ergo ſit ut affectentur & ut opor- tet. Laudatur igitur hic habitus quo ut opor tet affectantur honores: cum ſit mediocritas circa honorem nomine uacans. Atq; ad am- bitionem quidẽ uacuitas appetitionis hono- ris: ad uacuitatem autem appetitionis hono- ris ambitio: ad utrunq; autem utrunq; quo- dam modo eſſe uidetur: quod quidẽ & in cæ- teris eſſe nirtutibus conſtat. Extremi autem hic opponuntur: quia medio nullum eſt po- ſitum nomen.

¶ Tractatus tertius. ¶ Capl'm unicũ.

m Anſuetudo eſt quidem medio- critas circa iram. At cum medi um & extrema fere nomine ua cent: ad medium quidem man ſuetudinem ipſam adducimus: cum ei quod eſt parum & nomine uacat pro- pior ſit q̃ nimio: qnod iracundia quædam di- ci poteſt. Etenim affectus quidã eſt ira. Ea ue- ro quæ ipſam efficiunt multa ſunt & diuerſa. Is igitur qui pro quibus & quibus oportet & ut oportet: & cum oportet & quanto in tem

pore oportet iraſcitur laudatur. Eſtq; hic mãſuetus; ſiqnidem laudatur ipſa manſuetudo. Mãſuetus enim ac mitis perturbatione uacare: & non ab affectu duci: ſed pro his & tanto in tempore iraſci ſolet pinde atq; ratio iubet. Peccare aũt circa defectum magis uidet. Nõ eſt enim uindex ipſe mãſuetus: ſed potius clemens & ad ueniam ꝑpẽſior daudã. Defectus uero ſiue ſit quædam iræ uacuitas; ſiue aliqd aliud uituperat. qui nãq; nõ iraſcunt pro quibus oportet & ut oportet & cum oportet & quibus oportet fatui ſunt. Nam neq; ſentire neq; dolere uidentur. Atq; qui non iraſcit nõ eſt aptus ad ulciſcẽdũ. Perferre aũt contumelias & ſuos negligere ſeruile eſt ſane. Exuperatio uero per oĩa quidem fit: nam fit & in quibus non oportet: & pro qbus non opottet & magis & ueloci⁹: & maiore in tẽpore q̃ oportet: non tamen uniuerſa eidem inſunt; quippe cum eſſe non poſſit: malum enim & ſeipſum perdit: & ſi integrum ſit intolerabile fit. Iracundi igitur cito quidem iraſcuntur: & quibus non oportet: & pro quibus non oportet & magis q̃ oportet. At cito deſiſtunt. Quod quidem & optimũ habent. Hoc aũt ideo fit: quia nõ detinent iram: ſed reddnnt idcirco & manifeſti ſunt ob celeritatem. deinde ceſſant. Exuperationę autẽ ſunt cæleres & ad quiduis

& pro quouis iracundi:qui ſumme ſunt bilis. Vnde & ſumme bilis homines appellantur. Amari aũt cũ difficultate placantur:& longo tempore ſunt ſub ira: detinent enim ipſam: ſed ubi reddiderint ceſſant. Vltio namq; ponit iræ modum:pro dolore uoluptatem efficiens.quod ſi hoc nõ fiat habent ipſum pondus.Etenim quia non eſt manifeſtum nemo perſuadet ipſis. Vt in ſe autem concoctio fiat iræ tempore opus eſt. Sunt autem tales homines & ſibiipſis & amiciſſimis permœleſti. Infenſos autẽ eos dicimus qui pro quib9non oportet & magis q̃ oportet & longiore tem pore iraſcuntur:ſineq; ultione uel pœna non reconciliantur. Manſuetudini autem magis exuperationem opponimus:fit enim magis quippe cum humanius ſit punire. Et ipſi inſenſi difficiliores ſunt ad uitam ſimul agendã. At enim quod & antea dictũ eſt & ex iis quæ dicuntur emergit:non eſt facile determinare quonã modo & qbus & pro qbus & quãto tẽ pore iraſcendũ ſit:& quouſq; iratus recte faciat quis aut peccet:q nãq; parũ tranſgredit̃ nõ repræhendit̃:ſiue ad id quod eſt nimiũ declinet:ſiue parũ. Nõnunq̃ enim deficientes laudamus manſuetoſq; uocamus:& ipſos infen ſos tanq̃ aptos ad dominandum uiriles dicimus eſſe. Facile igitur non eſt aſſignare ratio

ne quantum & quomodo quiſpiam egreſſus uituperandus eſt:in ſingulis enim & ſenſu iudicium eſt. Illud tamen eſt manifeſtum medium quidem habitum quo quibus oportet & pro quibus oportet & ut oportet iraſcimur: & ſimili modo de cæteris:laudabilem eſſe:extrema uero uituperantur. Atq; ſi parum diſtent a medio leuiter: ſi plus magis: ſi nimiũ uehementer carpenda ſunt. Cõſtat igitur habitum medium comparandum eſſe ac amplectendum. Sed de habitibus qui ſunt circa irã ſatis iam diximus.

¶ Tractatus quartus. Capitulum. I.

i N congreſſionibus & conuictu & uſu cõmuni uerborum ac rerum quidam placidi ſunt: qui quidem pro uoluptate afferenda laudant omnia & nihil aduerſantur putãtes haud q̃q̃ ſeſe moleſtos cuiq̃ eſſe oportere. Quidam cõtra in omnibus aduerſantes neq; curam ullã habentes ſi dolorem afferant difficiles contentioſiq; uocantur. Patet igitur hos duos habitus eſſe uituperandos: medium autem inter hoc laudãdum quo quidem quiſpiam ea quæ oportet & ut oportet accipiet & ſimil'r ægre feret. Verum ipſi nomen nullum eſt poſitũ: perſimilis autem eſt amicitiæ:talis eſt enim is qui medium hunc habet habitum:qualẽ pro

bum hominem amicum dicere ſolemus:ſum pta dilectione:ſed differt ab amicitia:quod eſt ſine affectu dilectiõeq; eorum quibus cum is congreditur qui hunc habitum habet:nõ eni amore uel odio:ſed quia talis eſt ipſe ꝑbat ſin gula ut oportet : nam ſimiliter tam ad notos q̃ ad ignotos:tam ad familiares q̃ ad nõ fami liares idip̃m aget:in ſingulis tamen ut conue nit. Non enim æque familiarium & externo= rum curam habere : neq; dolore ſimiliter eos afficere oportet. Vniuerſaliter igitur dictum eſt ipſum cõgredi ut oportet. Reſpiciens aũt ad honeſtatem utilitatemue : coniectabit do= lorem non afferre uel delectare. Videtur eni hic circa uoluptates doloreſq; eos uerſari qui in cõgreſſionibus fiũt. Atq; quibus uolupta= tibus non eſt honeſtum ipſi uel affert damnũ delectare eas moleſte feret:& eliget dolorem inferre. & ſi facienti deformitatem non par= uam afferat aut dãnum : oppoſitio uero par= uum dolorem non probabit : ſed ægreferet. Diuerſo autem modo cum iis qui ſunt in di= gnitatibus:& cum priuatis:& cum magis mi nuſue notis:& cum aliarum identidem diffe= rentiarum hominibus congredietur:ſingulis tribuẽs id quod decet:& per ſe quidem expe= tens delectare. Cauens autem dolorem affer= re & ſequens ea quæ eueniunt ſi ſint maiora:

honeſtum inquam & id quod conducit:at uoluptatis gratia magnæ quæ eueniet dolorem affert paruum. Talis eſt igitur ipſe medius: ſed nomen non habet. Is autem qui delectat ſi id agit ſtudens eſſe iocundus non ob aliud quã placidus uocat̃: ſin emolumenti cãſui ut inde ſibi ꝓueniat in pecuniis:& in iis quæ pecuniis comparãtur utilitas adulator:eum uero qui moleſte fert omnia difficilem contentioſumq; quendam dicimus eſſe. Vidẽtur autem extrema inter ſeſe oppoſitionem ſuſcipere:quia medium nomine uacat.

Capitulum. II.

c Irca eadem fere uerſat̃ & arrogantiæ mediocritas:quæ quidẽ & ipſa nomine caret:atq; non inutile fuerit de his etiam pertractare: nam & ea magis quæ ad morem pertinent percipiemus ſi de ſingulis fuerit pertractatum: & uirtutes etiam ipſas mediocritates eſſe credemus ſi id in omnibus fuerit ita ſeſe habere perſpectum. De iis igitur qui in conuictu ad uoluptatem congrediuntur atq; dolorẽ iam diximus:ſed nunc de ueracibus mẽdacibuſue ſimiliter & in uerbis & in actibus & in fictione dicamus. Arrogans itaq; ꝑclara & ea quæ

non inſunt & maiora q̃ inſunt ſibi ineſſe fingit. Diſſimulator autem contra: negare quæ ſibi inſunt aut imminuere ſolet. At medius cum ſit talis ut unumquodq; quale eſt ipſum dicat atq; oſtẽdat tam uita q̃ uerbis eſt uerax: ea ſibi ineſſe cõfitendo quæ inſunt & neq; maiora neq; minora. Fit autem ut horum unũquodq; quiſpiam & alicuius & nullius rei cauſa faciat: atq; qualis eſt unuſquiſq; talia tam dicit q̃ agit: & ita uiuit niſi alicuius gratia agat. Per ſe autem mendacium quidem improbũ eſt & uituperabile: uerum autem probum ac laudabile. Itaq; uerax quidem cum ſit medius eſt laudabilis: mendaces autem ambo uituperabiles ſunt: ſed arrogans magis. At enim de utroq; dicamus oportet: prius autem de ueraci: atq; non de illo nunc dicimus qui in ſtipulationibus uerum dicit & in iis quæ ad iuſtitiã & iniuſtitiam pertinent: hæc enim ad aliã uirtutem accõmodantur: ſed de eo qui in quibus hoc nihil refert & in uerbis & in uita ex eo uera dicit: quia habitu talis eſt. Atq; talis æquus & bonus eſſe uidebitur: qui nãq; uerum amat & in quibus nil refert uera dicit: is multo magis uera dicet in quibus refert: ut turpe enim mendacium fugiet quod & per ſe fugiebat. Talis uero laudabilis eſt: magis autẽ ad defectum ueritatis declinat: hoc eni æquabili⁹ eſt

ꝓpterea quod exuperatiões ſunt permoleſte. Sed qui res ſibi maiores q̃ inſunt fingit:ſi nullius cauſa rei prauo quidẽ eſt ſimilis:nõ enim mendacio gauderet. Vanus tamen magis q̃ malus eſt. Sin alicuius gratia:ſi gloriæ uel honoris non nimium eſt uituperandũs:ut arrogans:ſin argenti & eorum quæ ad argentum rediguntur:deformior eſt. Arrogans autem non in potentia ſed in electione conſiſtit:habitu nãq; quia talis eſt arrogãs eſt ſicut & mẽdax:quidam ipõ mendacio gaudens:quidam gloriam aut lucrum affectãs. Qui igitur gloriæ cauſa ſunt arrogantes ea ſimulant pro quibus homines laudãtur:aut beati eſſe dicũtur. Qui uero gratia lucri:ea quoq; uſus ad proximos trãſit: & quæ non in eſſe latere poſſunt. Fingũt enim ſe medicos uel uates ægregios. Quapropter plæriq; talia ſimulant ac arrogãter ſibi aſſumunt:ſunt enim in ipſis ea quæ dicta ſunt. At diſſimulatores extenuãtes ſua:elegantiores ſunt moribus:nõ enim id lucri cauſa facere uidentur:ſed fugiẽtes tumiditatem. Maxime aũt hi negant ea quæ ſunt præclara: ut & Socrates faciebat. Sed qui parua manifeſtaq; diſſimulãt ii delicati ſimul malitioſiq; dicũtur:& facile ſperni poſſunt:atq; idipſum arrogãtia uidetur interdum:qualis eſt Lacedæmonioꝝ ueſtitus:nam & nimium & parum

ad arrogantiam pertinent. Sed qui moderate diſſimulatione utuntur nec ea diſſimulāt quæ nimis ante oculos ſunt & extāt: gratioſi ſunt. Arrogās ueraci opponitur: eſt enim diſſimulatore deterior.

¶ Capitulum. III.

C Vm uero ſit & reges in uita: atq; in hac ipſa ioco ſeſe recreent homines: uidetur & hic eſſe quædā æquabilis congreſſio & dicendo & audiēdo ea quæ oportet & ut oportet. Differt autem & dicendo inter tales & audiendo tales: atq; patet etiā in his eſſe nimiū atq; parum. Qui igitur in ridiculis exuperant ſcurræ ſunt ac importuni: affectātes omnino ridiculum: & magis coniectantes facere riſum q̄ honeſte loqui: & non afficere eum dolore in quē facere dicunt. Qui uero neq; dicerent quicq̄ ridiculi: neq; alios dicere paterentur: ruſtici ſunt & duri. At is qui cum moderatione iocatur: comis atq; urbanus uocatur: talem ſane moris iam habitum aſſecutus ut ad bene recteq; iocādum ſeſe flectere poſſit: huiuſcemodi nāq; motiones mores ipſius eſſe uidentur: atq; uti corpora ſic & ipſi mores motionibus diſcernuntur. Cum autē exundet ipſum ridiculū: plurimiq; ioco ſalibuſue magis q̄ oportet gaudeant ſcurræ quoq; eodem noīe nun-

cupatur:ut gratioſi elegantes:ſed eos differre atq; nõ parũ ex iis quæ diximus cõſtat. Accõmodat̃ autẽ hic habitui medio & ipſa dexteritas:atq; ipſi⁹ eſt dextri ea dicere & audire quæ ad modeſtũ uirum liberalẽq; accõmodantur. Sũt enim quædã quæ ioco dicere & audire talem hominẽ decet. Atq; ipſius liberalis iocus & eruditi a ſeruilis ioco rudiſq; differt: licet hoc tam in antiquis q̃ in nouis comœdiis intueri. Quibuſdam enim uerborum obſcœnitas:quibuſdã potius ſubintellectio ridiculum erat atq; hæc non parum honeſtatis differunt ratione. Is ne igitur dicẽdus eſt recte facetiis uti:qui dicit ea quæ liberum hominem decet: an is qui eum qui audit dolore non afficit:uel etiam delectat?an & hoc indefinitum eſſe conſtat?Eſt enim aliud alii odio & iocundum. Talia autem & audiet. Quæ nãq; fert audiendo ea uidetur & facere:at non quiduis faciet. Et enim facetiæ cõuitia quædam ſunt:& legumlatores nonnulla conuitia dicere uetant. Fortaſſe autem illos & nonnulla prohibere facete dicere oporteret. Vir itaq; gratioſus ac liber ita ſeſe habebit quaſi ſibiipſi lex ſit in ioco. Talis eſt igit̃ ipſe medius ſiue dexter: ſiue urbanus:ſiue comis dicatur. Scurra autem a ridiculo ſuperatur:& neq; ſibi:neq; aliis parcit: modo:moueat riſum: eaq; dicit quorum ni-

hil prorſus gratioſus ipſe diceret:& aliqua ne audiret quidem. Sed ruſticus ad tales congreſſiones inutilis eſt;quippe cum nec ipſe quicq̃ afferat ſalis & cum afferunt alii ægre moleſteq; ferat. Requies autem & iocis in uita neceſſaria ſunt. Tres igit̃ eæ ſunt quas diximus mediocritates in uita. Sunt autem omnes circa uerborum quorũdam actuumue communem uſum:ſed differunt q; una circa ueritatẽ: cæteræ circa uoluptatem uerſantur:atq; harũ altera quidem eſt in ioco;altera autem in congreſſionibus reliquæ uitæ conſiſtit.

¶ Tractatus quintus. ¶ Capl'm unicum.

d E uerecundia ut de aliqua uirtute dicere non oportet. Eſt enim affectui magis q̃ habitui ſimilis. Itaq; definitur timore:timorq; dicitur dedecoris quidam:& fit perinde atq; circa res formidoloſas timor fieri ſolet:nam qui uerecundantur erubeſcunt: qui timent mortem palleſcunt. Vtrũq; igitur ad corpus quodam modo accõmodatum eſt: quod quidem magis ad affectum uidetur q̃ ad habitum pertinere. Non autem ad quamuis ætatem is affectus;ſed ad iuuenilem accõmodatur. Cenſemus enim eos qui huius ætatis ſunt uerecundos eſſe oportere;ut cum non ſine perturba-

tione uiuant:multumq; ob hoc peccent a ue-
recundia prohibeantur delinquere. Atq; lau-
damus quidem eos iuuenes qui ſunt uerecun
di. Sed nemo ex eo ſeniorem hominem lau-
dabit quia eſt uerecundus:nihil enim eorum
ipſum oportere cenſemus agere:pro quibus
emergere uerecundia ſolet. Neq; enim homi
ni probo uerecundia competit:quippe cum
pro rebus improbis fiat:nõ enim ſunt res ta-
les agendæ. Quod ſi quædã reuera : quædam
opinatione ſunt turpes : nihil refert : neutræ
nãq; ſunt agendæ. Quare nõ eſt erubeſcẽdũ:
ſed improbi eſt & talem eſſe:ut aliquid turpe
agat. Probum autem ideo quẽpiam eſſe pu-
tare:quia ita ſe habet ut ſi turpe quid egerit ue
recundetur:abſurdũ eſt ſane. Verecundia nã-
q; fit pro iis quæ ſua ſponte quiſpiam facit:
ſed nunq̃ ſua ſponte uir bonus res aget tur-
pes:erit autem uerecundia probũ ex ſuppoſi
tione:nam ſi egerit uecundabitur: hoc autem
in ipſis uirtutibus non eſt. Quod ſi impuden
tia & quempiam nõ pudere res turpes agen-
tem improbũ eſt : nihilo magis ob idipſum
probum erit:quempiam res turpes agẽtem
erubeſcere. At uero neq; continentia uirtus
eſt:ſed eſt quædam permixta. Oſtendetur au
tem de ipſa poſt paulo:nunc de iuſtitia dica-
mus oportet. Finis libri quarti.

¶ Incipit liber quintus ethicorum.

¶ Tractatus primus. ¶ Capitulũ. I.

E iuſtitia iam & iniuſtitia cõſiderem⁹ oportet: circa quales actus uerſentur: & qualis nam mediocritas ſit ipſa iuſtitia: & inter quæ iuſtum ipſum mediũ eſt: atq; hæc conſideratio eundem ſeruet modum doctrinæ quo antea dicta conſideraui‑mus. Videmus itaq; omnes talẽ habitũ dicere iuſtitiã uelle: quo homines apti ſunt ad res iuſtas agendas: & quo ius agunt & uolunt iuſta. Eodem modo talem habitũ & ipſam iniuſtitiam dicere quo iniurias agunt homines resq; uolunt iniuſtas. Quapropter & nobis hæc primum ut in figura ſubiicinntur: non enim in ſcientiis & potentiis atq; habitibus res ſeſe habet eodem modo. Eadem nanq; potentia ſcientiaq; contrariorum eſt: ſed contrarius habitus non eſt contrariorum. Nempe a ſanitate ſana dumtaxat & non contraria fiunt: dicimus enim quempiam ambulare ſane: cum perinde ambulat atq; ſanns. Sæpe igitur contrarius habitus ex contrario cognoſcitur: ſæpe etiam habitus ex ſubiectis: nam ſi bona corporis habitudo ſit nota: & ipſa mala corporis habitudo fit manifeſta. Et ex iis

quæ bonam habitudinem efficiunt corporis ipſa bona habitudo fit nota:& ex ipſa rurſus ea quæ faciunt ipſam:ſi enim habitudo bona ſit ſpiſſitas carnis & malam habitudinem raritatem eſſe carnis: & id quod efficit habitudinem bonam efficere ſpiſſitatem in carne neceſſe eſt. At uero plerũq; ſequitur: ſi alterum pluribus modis dicatur & alterum pluribus dici:ut ſi iuſtum & ipſum iniuſtum. Videtur autem tam iuſtitia q̃ iniuſtitia pluribus modis dici:ſed quia propinqua eſt ipſarum æquiuocatio latet:& nõ ita ut iis quæ longe diſtãt eſt manifeſta:multũ enim talia differunt forma. Patet enim clauem æquiuoce dici:& eam quæ ſub collo eſt animaliũ: & eam qua oſtia clauduntur:ſumatur igitur quot iniuſtus dicitur modis.

¶ Atq; uidetur iniuſtus eſſe & qui a legibus exorbitat:& qui plus capit atq; iniquus. Quare patet & iuſtum eſſe eum qui legitime facit: & eum qui æquus eſt. Iuſtum ergo eſt quod eſt legitimum & quod eſt æquum:iniuſtũ uero quod eſt contra leges & quod eſt iniquũ. Cũ autẽ iniuſtus & pluris ſit auidus:non erit ipſe circa omnia bona: ſed circa ea dũtaxat in quibus cõſiſtit proſpera fortuna atq; aduerſa:quæ ſimpliciter quidẽ ſemp ſunt bona:alicui uero nõ ſemp. Hoĩes autẽ illa ſibi optan

atq; pſequunt:at nõ oportet. Sed optare quidem ea quæ ſunt ſimpliciter bona & ſibiipſis eſſe bona: expetere aũt ea q̃ ſibiipſis ſunt bona oportet: iniuſtus autem nõ ſemp plus ſed minus etiã expetit i iis quæ ſunt ſimplicitr mala. Sed quia uidetur & minus malũ quodãmodo bonũ eſſe: & plus habendi cupiditas ipſius eſt boni: fit ut pluris ob idipſum uideat auidus eſſe. Eſt aũt iniquus: hoc enim cõtinet & eſt cõmune & legũ trãſgreſſor: hoc enim legũ trãſgreſſio: id eſt iniquitas omnẽ iniuſtitiã continet: & eſt ad iniuſtitiã omnẽ cõmune. Cum autem legum trangreſſor ſit iniuſtus: qui uero legitime facit iuſtus: conſtat omnia legitima eſſe quodãmodo iuſta. Ea nãq; quæ a facultate ferendarum legũ ſunt definita legitima ſunt: & horũ unũquodq; iuſtum dicimus eſſe. Ipſe autẽ leges de omnibus dictant: coniectantes aut cõmunem omniũ utilitatẽ: aut optimorũ aut principum: uel uirtute uel aliquo alio tali modo. Quare uno modo dicimus iuſta ea quæ fœlicitatem eiuſq; partes ſocietati ciuili efficiunt & cõſeruãt. Præcipit aũt lex & ea agere quæ ad uirum ptinent fortẽ: ut nõ deſerere locum in acie: nõ fugere: nõ abiicere arma. Et item ea quæ ſunt temperantis: ut non cõmittere adulterium: non libidine uti. Et etiam ea quæ ſunt manſueti: ut non

pulſare:nõ conuitia dicere. Et in cæteris idẽti dem uirtutibus atq; uitiis alia iubens:alia uetans. Recte quidẽ ea:quæ recte poſita eſt:deterius autem ea quæ inconſulte eſt exarata.

℄ Hæc igitur iuſtitia perfecta quidẽ eſt uirtus:at non abſolute:ſed ad alium:atq; ob idipſum iuſtitia præclariſſima pſæpe uirtutũ eſſe uidet̃:& neq; eſt Heſperius itaq;:neq; Lucifer admirabilis. Et ꝓuerbio dicere cõſueuimus.
Iuſtitia in ſeſe uirtutes continet omnis.
Atq; perfecta maxime uirtus eſt:quia perfectę uirtutis eſt uſus. Idq; eſt ex eo quia nõ ad ſe ſolum:ſed ad alium etiã is qui ipſam habet uti uirtute poteſt. Cõplures enim in ꝓpriis quidẽ uti uirtute poſſunt: ſed in iis quæ ſunt ad aliũ nequeunt. Et propterea ſentẽtia biantis illa bene ſeſe habet. Magiſtratus uirũ oſtẽdet:ad alium enim eſt:& in ſocietate iam ipſe magiſtratus conſiſtit. Ob id autem ipſum & alienum bonum ipſa iuſtitia ſola ex omnibus uirtutibus & habetur & eſt:cum ſit ad alium. Agit enim ea quæ alii uel principi:uel reipublicæ conferunt.

℄ Peſſimus igitur eſt q ad ſeipſum & ad amicos utitur prauitate. Optimus autem nõ qui ad ſeipſum:ſed qui ad aliũ utitur ipſa uirtute: hoc enim eſt opus difficile. Hæc igit̃ iuſtitia nõ pars uirtutis:ſed tota eſt uirtus. Similiter

& iniuſtitia huic contraria nõ uitii pars ſed totum uitium eſt. Quid autẽ intereſt iter hanc iuſtitiam & uirtutem ex iis quæ diximus innoteſcit: ſunt enim idem: eſſe autem non eſt idem. Sed quo quidẽ eſt ad aliũ eſt iuſtitia: quo uero talis eſt habitus ſimpliciter uirtus.

¶ Capitulum ſecundum.

q Verimus eam iuſtitiã quæ uirtutis eſt pars: eſt enim quædã ut diximus. Et item iniuſtitiã eam quæ pars uitii quædam eſt. Eſſe autem hanc iniuſtitiam hoc indicat ſignũ: qui nanq; cæteris uitiis operatur iniuriam quidẽ facit: at non plus capit: ut qui clypeum timiditate proiecit: aut qui conuitia ob iracundiã dixit: aut qui non attulit ob illiberalitatem per pecunias opem. At cum quiſpiam ſæpe plus capit; nullo tum eiuſmodi uitio is operat̃; nec etiam uniuerſis: aliqua autem prauitate. Vituperamus enim illum atq; ob iniuſtitiã. Eſt ergo alia quædã: & iniuſtitia: ut pars totius iniuſtitiæ quædã; & iniuſtum itidẽ quoddam: ut pars totius: iniuſti: quod quidẽ eſt præter legem præterea ſi quidam lucrandi cauſa facit adulteriũ atq; pecunias accipit: quidã erogat damnũq; patitur ob cupiditatem: hic quidem intemperans potius q̃ pluris auidus: ille autẽ iniuſtus: ſed nõ intẽperans eſſe uidebit̃.

Patet ergo talem illũ uideri: qa lucraẗ. Inſup aliæ quidẽ omnes iniuriæ ad aliquod ſemp ui tium rediguntur: ut ſi cõmiſerit qſpiam adul terium ad intemperantiã: ſi deſeruerit in acie ſocium ad timiditatem: ſi pulſauerit quempiã ad iracundiã; ſed ſi lucratus fuerit ad nullam aliam prauitatem: q̃ ad iniuſtitiam ipſam re- fertur. Quare perſpicuum eſt præter totam aliam eſſe quandã iniuſtitiam ut partem uni- uocam; quia definitio genere eſt in eodem. Ambæ nãq id poſſunt: ut ſint ad alium. Ve- rum hæc quidem circa honorem uerſatur: uel pecunias: uel ſalutem: uel ſi quo uno nomine cõplecti hæc uniuerſa poſſumus: & circa uo- luptatem quæ fit a lucro. Illa uero circa om- nia ea in quibus ſtudioſus uerſatur.

¶ Iuſtitias igitur eſſe plures: & aliã quãdam eſſe præter ipſam totã uirtutem pſpicuũ iam euaſit. Sed quænã ſit & qualis ſumamus dein ceps oportet. Determinatũ eſt itaq iniuſtũ quidẽ eſſe: quod eſt cõtra leges: & quod eſt ini quum. Iuſtum autẽ quod eſt legitimũ: & qđ eſt æquum. Iniuſtitia igitur antea dicta eſt a qua proficiſcitur id iniuſtum quod contra le- ges dicimus eſſe. At cum iniquũ & plus non eadem ſint; ſed alterum ſeſe habeat ad alterũ ut pars ſe habet ad totum. Omne nanq plus eſt iniquum ſed non omne iniquum eſt plus.

Iniuſtum etiam & iniuſtitia nõ eadẽ ſunt ſed diuerſa ab illis; & hæc ſunt ut partes: illa ut tota. Hæc enim iniuſtitia totius eſt iniuſtitiæ pars. & iuſtitia iuſtitiæ ſimili modo. Quare de iuſtitia quæ quidẽ eſt pars: & de iniuſtitia ſimiliter eſt dicendum & de iuſto etiam & de iniuſto. Ea igitur iuſtitia quæ perinde atq; tota uirtus eſt ordinata & ea iniuſtitia quæ aduerſatur illi: quarum altera uirtutis: altera uitii totius ad alium uſus eſt omittatur: & iuſtũ id & iniuſtũ quod ad has attinet: patet quonã ſit modo definiendũ. Etenim plæraq; legitima ea fere ſunt quæ a tota uirtute aguntur. Lex enim iubet uniuſcuiuſq; uirtutis uiuere ratione: & uetat uitii cuiuſuis uiuere modo. Necnõ legitima quæ ad publicã ptinent diſciplinã ea ſunt quæ uirtutem totã efficere poſſunt. Sed de ſingulorũ diſciplina: qua quidem uir bonus eſt abſolute utrum ſit ciuilis an ad aliam facultatẽ pertineat determinabitur poſtea. Nõ eſt enim idẽ fortaſſe uirũ eſſe bonũ: & ciuem bonũ. Iuſtitie aũt eius quæ eſt pars: & eius quod ad ipſam attinet iuſti una quidẽ ſpecies eſt ea quæ in diſtributione cõſiſtit aut honoris: aut pecuniarũ: aut cæterarũ rerum quæ inter eos diuidi poſſunt: qui in eadem ciuili ſocietate uerſant. In his enim fit ut quiſpiam non & æquum habeat ad alium: & eti-

de comertio uoluntario & inuito

am æquum. Alia autem ea quæ in commertiis eſt hominum emẽdandis:cuius ſunt duæ partes. Commertia nãq; quædam ſua ſponte faciunt homines;quædam inuitis ipſis efficiuntur. Et ea quidem quæ ſponte faciunt talia ſunt:uenditio:emptio:mutuatio: uadimonium:locatio : depoſitio : mercede conductio. Atq; propterea ſponte hæc fieri dicuntur ꝙ principium ipſorum ſponte procedit ac agitur. Ea uero quæ inuitis hominibus fiunt aut clamdeſtina ſunt:ut furtum : adulterium:ueneficium:lenocinium:ſeruorum ſeductio:cædes cum dolo:falſum teſtimonium. Aut uiolenta : ut uerberatio : uincula : mors rapinæ: membrorum captio:conuitium : cõtumelia.

Capitulum. III.

c Vm iniuſtus ſit iniquus:& iniuſtum iniquum : conſtat & aliqđ medium eſſe iniqui. Atq; hoc eſt ipſum æquũ. Quo enim in actu plus eſt & minus : in eodem eſt etiã æquum. Si igitur iniuſtum eſt iniquum : iuſtum eſt æquum. Quod quidem & abſq; ratione patet omnibus. At cum æquum ſit medium : iuſtũ medium quoddam erit. Ipſum autem æquũ in minimis eſt duobus;neceſſe eſt igit̃ ipſum iuſtum & medium eſſe & æquum:& ad aliqd: & quibuſdam. Atq; quo medium quidem eſt

hoc aliquorum eſt: quæ quidem plus ſunt & minus. Quo autem æquum eſt duobus eſt. At quo iuſtum eſt quibuſdam eſt. Ipſum ergo iuſtum in minimis quatuor conſiſtat neceſſe eſt. Homines enim quibus eſt iuſtũ duo ſunt: & res in quibus & ipſæ duæ ſunt. Atq; eadem eſt æquitas quibus atq; in quibus: nam ut ſeſe habent ea in quibus: ſic ſeſe habent & illa: ſi enim non ſunt æqui: nõ æqua habebunt. Sed hinc pugnæ naſcunt̃ & incuſationes atq; quærelæ. cum æqui non æqua: aut æqua non æqui habent ac potiunt̃. Id ita eſſe ex eo quod pro dignitate fit conſtat. Iuſtum enĩ quod in diſtributionibus eſt: oẽs uno ore pro dignitate quadam oportere eſſe dicunt: ipſam tamẽ dignitatẽ non eandem oẽs inquiunt eſſe: ſed populares quidẽ libertatem. Pauci uero potentes opulentiam: nõnulli nobilitatẽ. Optimates uero uirtutẽ. Iuſtum ergo rationum quandam cõparationem ſubit. Comparationem nãq; rationũ ſubire non abſoluti numeri ſolum: ſed numerabilis etiam omnino proprium eſt. Etenim cõparatio rationũ æqualitas eſt rationum: & in quatuor minimis eſt: & ſeiunctã qdem in quatuor eſſe conſtat. At uero cõtinua in quatuor eſt: uno nãq; termino utit̃ & duob⁹ & bis illũ ſumit: hoc mõ: ut A. ſeſe habet ad. B. ſic. B. ſeſe habet ad. C.

.XII.	.VI.	.III.
.A.	.B.	.C.

Bis igitur dictum eſt ipſum. B. Quare ſi. B. bis poſitum fuerit: quatuor erunt ea quæ cõparationem ſubeunt rationum. Eſt autem & ipſum iuſtũ in quatuor minimis: & ratio eadem eſt: ſunt enim ſeiũcta ſimiliter & quibus & quæ. Erit ergo ut eſt. A. terminus ad. B. terminum: ſic. C. terminus ad terminum. D. Et mutato ergo ordine: ut. A. ſeſe habet ad. C. ita. B. ſeſe habebit ad. D. Quare & totum ad totum: quod quidem diſtributio ipſa coniungit: & ſi ita compoſitum fuerit iuſte coniungit. Coniunctio igitur. A. termini cum. C. & B. cum. D. iuſtum eſt id quod ab diſtributionem accõmodatur: & eſt medium eius quod comparationem rationum non ſubit. Quod enim ſubit ipſam mediũ eſt: Iuſtũ autẽ ſubit.

.XII.	.VI.	.VIII.	.IIII.
Achilles	Aiax	Mun⁹ Achill'	Mun⁹ Aiacis
.A.	.B.	.C.	.D.

XII.	.VIII.
Achilles	Munus Achillis
.A.	.C.
.VI.	.IIII.
Aiax	Munus Aiacis
.B.	.D.

Talem autem rationum cõparationẽ Mathematici Geometricam uocãt. In Geometrica nãq; fit ut & totũ ad totũ pinde ſeſe hẽat: atq; ad utrũq; ſeſe habet utrũq;. Non eſt aũt cõtinua hæc cõparatio rationũ: nõ enim fit terminus unus numero cui: & quod. Iuſtum igitur hoc in cõparatione rationũ cõſiſtit: iniuſtum autẽ eſt id qđ a cõparatione rationũ exorbitat. Fit igiť aliud plus aliud minus: quod quidem & in ipſis actionib⁹ accidit. In bonis eni qui iniuriã facit plus habet: qui iniuriã patiť minus. In malis autem contra. Boni nãq; rationem ſubit minus malum ad mai⁹ malum: minus enim malum magis q̃ maius eſt expetibile. At quod ex petitur bonum eſt: & quod magis maius. Hæc eſt igiť una ſpecies iuſti.

Capitulum. IIII.

r Eſtat id iuſtum qđ fit in emendãdis cõmertiis: tã iis quæ ſua ſpõte faciũt hoies q̃ iis quæ inuitis ipſis

efficiunt: hoc aũt aliam habet ſpeciem a prioꝛe. Iuſtũ eni diſtributiuũ eoꝝ quæ cõmunia ſunt in dicta ſemper cõparatione rationũ cõſiſtit: nã ſi e pecuniis publicis diſtributio fiat; eadẽ erit ratione quã habent inter ſeſe ea quæ in rẽpublicã ſunt collocata: & iniuſtum quod huic opponit̃ id eſt; quod a cõparatione rationum exorbitat. Iuſtum autẽ quod eſt in commertiis eſt quidẽ æquum quoddam: & iniuſtum iniquum: ſed non illa cõparatione rationum: ſed arithmetica. Nihil enim refert ſi ꝓbus prauo detraxerit: an prauus probo: neqꝫ ſi adulteriũ probus an prauus cõmiſerit. ſed ad differentiã nocumenti lex reſpicit tantum & utitur ut æqualibus: ſi hic iniuriã facit ille patitur: & ſi hic nocuit ille eſt leſus. Quare iniuſtum hoc cum ſit iniquũ: iudex æquare conatur: nam cum hic quidem percuſſus eſt aut occiſus: ille uero percuſſit aut occidit: paſſio atqꝫ actio diuiſa eſt in ptes non æquas: ſed ad æqualitatem auferẽdo lucro damni reſpectu nititur redigere iudex. Dicitur enim hæc in talibus abſolute dicendo. Atqꝫ quanq̃ hæc nomina quibuſdã accõmodata nõ eſſe uidentur; ut ei qui percuſſit lucrum: & ei qui paſſus eſt damnũ: cum menſurata tamen fuerit paſſio hoc damnum illud lucrum uocatur. Quare æquum quidẽ inter plus & minus medium

eſt:lucrum autem atq; damnum plus ſunt & minus:contrario modo plus boni & minus mali lucrum:contrarium autem damnũ:quorum medium eſt ipſum æquum:quod quidẽ dicimus eſſe iuſtum. Quare iuſtum emendatiuum medium eſt inter damnũ & lucrum. Quapropter & controuerſiam habent ad iudicem ipſum confugiunt. Ire autem ad iudicem eſt ire ad ipſum iuſtum:iudex enim ut iuſtum eſt animatum ſuapte natura: & quærũt iudicem medium. Et uocant nonnulli mediatores:ut ipſum iuſtum aſſecuturi:ſi medium iuſtum conſequantur. Medium ergo quodam eſt ipſum iuſtum:ſiquidem & iudex medium eſt. Iudex autem ad æqualitatẽ redigit: & perinde atq; ſi linea duas in inæquales partis diuiſa: id quo major pars dimidiũ excedit abſtulerũt; minoriq; addiderit pti: cũq; totũ diuiſum fuerit duas in partis æquales:tum ſuum aiunt habere cũ æquũ acceperint. Æquũ autem medium eſt inter maius & minus in Arithmetica comparatione rationum: nam ſi ſint duo æqualia:& ablatam ab altero quantãuis partem addideris alteri:talibus duabus excedit partibus alterũ: ſi enim ablata fuiſſet & nõ addita:una ſola parte excederet. Excedit ergo mediũ una & ipſum mediũ excedit id a quo eſt ablatio facta una. Hoc ergo cognoſce

mus & quidnam auferendũ ab eo ſit qui plus habet: & quid addendum ſit ei qui minus habet. Id enim quo medium excedit addendum eſt ei qui minus habet. Id autẽ auferẽdũ a maximo eſt quo exceditur medium. Sint æquales lineæ tres. AB. CD. EF. atq; ab. AB. pars auferatur. AG. & addat̃ ipſi lineæ. EF. Sitq; illa. HE. Quare tota linea. HEF. excedit. GB. lineam parte. HE. & parte. E. excedit ergo mediam. CD. lineam. HE. parte.

.H.

.A. .C. .E.

.G.

.B. .D. .F.

Eſt autem hoc & in cæteris artibus: etenim e medio tollerentur niſi agens ageret & quantum & quale: & patiens pateret̃ hoc & tãtum & tale. Nomina autem hæc: damnum inquã & lucrũ: ex iis cõtractibus quos ſua ſponte faciunt hoĩes tracta ſunt. Qui enim emẽdo uẽdendo cæteraq; agẽdo quæ lege conceſſa ſunt plus habent q̃ ſuum: ii lucrari. Qui minus q̃ in principio: ii damnum pati dicunt̃. Sed qui neq; plus neq; minus habent ſed ſua per ſeip-

ſa ſunt facta:ii ſe ſua inquiunt habere; & neq́ dánũ pati:neq́ lucrari. Quare iuſtũ mediũ ẽ inter lucrũ quoddã & dãnum quæ fiunt inuitis hominibus. Equale inquã & prius & poſterius habere. ℂCapitulum. V

u Idetur nonnullis & ipſa repaſſio ſimpliciter eſſe iuſtũ:ut Pythagorici cenſuerunt: qui quidem abſolute definientes iuſtum repaſſionem eſſe dicebant. Verum repaſſio nec ad diſtributiuum iuſtum:nec ad emendatiuum ác commodatur. Quanq̃ eam ipſam & Rhadamanti ipſius iuſtum aſſerunt eſſe.

Si quæ fecerat:hæc etiam patietur & ipſe.
Iudicium fuerit perrectũ atq́ exitus æquus.

Perſæpe eni diſcrepat: nã ſiqs magiſtratũ gerens percuſſerit quẽpiã:nõ decet eũ repercuti. Et ſi quiſpiã eũ qui magiſtratũ gerit pcuſſerit:is nõ ſolum repcutiẽdus eſt:uerũ etiã ſupplicio afficiendus. Præterea multũ inter ſe differunt:id qđ ſpõte & id qđ inuitus quiſpiã fecit. Sed in ſocietatibus cõmercioꝝ tale iuſtũ. repaſſio inquã:per cõparationẽ rationum & nõ per æqualitatẽ cõtinet ciuitatem. Ciuitas eni tũ cõſeruat̃ cũ retributio fit ut cõparatio flagitat rõnũ:nã hoies aut reddere malũ quærunt:qđ ni faciãt ſeruitus eſſe uidetur; aut retribui ſibi bonum; quod niſi fiat actus dandi

beneficiumq; non fit. At ciuitates his conſer-
uãtur. Quamobrem & gratiarum templum
in ciuitate media condunt: ut retributio ſit:
hoc enim gratiæ proprium eſt: nam is qui ſu
ſcepit ſubminiſtret uiciſſim ei qui munus cõ-
tulit: & ipſe rurſus incipiat conferre oportet.
Cõiunctio autem quæ per diametrum eſt fa
cit eam retributionem quæ per comparatio-
nem rationum efficitur. Hoc modo ſit Ædifi
cator quidem. A. ſutor autem. B. Domus in
C. Et calceus collocetur in. D.

Ædificator	Sutor
.A.	.B.
.C.	.D.
Domus	Calceus

Ædificatorem igitur a ſutore accipere opus
illius & ipſum illi ſuum dare oportet. Si igit
primum ſit id iuſtum quod comparatione ra
tionum eſt æquũ: deinde repaſſio fuerit: erit
quod dicitur: ſin minus nõ erit æquum neq;
conſtabit ſocietas. Nihil enim prohibet uni-
us opus alterius opere præſtabilius eſſe. Hæc
igitur ad æqualitatem redigãtur oportet. Eſt
autem hoc & in cæteris artibus. Etenim e me
dio tollerentur: niſi agens ageret & quantum
& quale: & patiens pateretur hoc & tantum
& tale. Non enim duobus ex medicis fit ſocie
tas: ſed

tas:ſed ex medico atq; agricola: & ex diuerſis omnino ac in æqualibus: uerum hi rediganẽ ad æqualitatem oportet. Quapropter ea uniuerſa quorum eſt permutatio inter ſeſe comparabilia quodãmodo eſſe oportet: pro quo nũmus in uſum hominum uenit: & fit quodammodo medium. Metitur enim cuncta: Quare & nimium atq; parum. Quod nam calcei domui uel uictui ſunt æquales. Oportet igitur quod eſt ædificator ad ſutorem tot pro domo uel alimento calceoſ eſſe. Quod ſi hoc non fuerit: non erit permutatio neq; ſocietas: hoc autem non erit ſi non æqua quodammodo fuerint. Oportet ergo aliquo uno mẽſurari cuncta: ſicut & antea diximus. Hoc autem eſt reuera quidem indigẽtia ipſa: quæ omnia continet: nam ſi nõ indigeant: aut nõ ſimiliter: non erit permutatio: aut nõ eadem erit. Nummus autem ex inſtituto factus eſt ut pro indigentia ſit. Et ꝓpterea nomen hoc habet: quod non natura conſtat ſed lege: & in nobis eſt ſitum ipſum mutare atq; inutilem facere. Erit igitur tunc repaſſio cum redacta fuerint ad æqualitem: ut quod eſt ad ſutorem agricola: id ſit opus ſutoris ad agricolæ opus. Oportet autem in figuram comparationis rationum ducere cum permutare uoluerint: ſi minus alterũ extremũ plus in ſe habebit: &

minus. Sed cum habent ſua ſic æquales & ſocii ſunt: quia hæc æqualitas in ipſis fieri pōt. Atq; ſit agricola quidem. A. & alimentū. C. ſutor autem. B. & opus ipſius quod in æqualitatem iam eſt redactum. D. Quod ſi hoc pacto non eſſet repaſſio: non eſſet ſane ſocietas.

Agricola	Sutor.
.A.	.B.
.C.	.D.
Alimentum	Calcei

Ipſam autem indigentiam continere ut quid unum hoc ſane declarat. Cum enim aut ambo ſeſe non indigent mutuo aut aliter: nō fit permutatio ſicut fit cum eius quiſpiam indiget hoc habet ipſe: ut uíni pro quo dat ille triticum exportandum. Oportet igitur hæc redigi ad æqualitatem. Quod ſi nunc non indigeat: nūmus intercedit pro permutatione futura ipſam ſi indiguerit fore. Liceat eni oportet hunc afferenti accipere. Patitur igitur idē & ipſe: non enim ſemper æquale poteſt: attamen magis ipſe perſiſtere ſolet. Idcirco definitæ ſint præcio res omnis oportet: ſic enim erit permutatio ſemper. Quæ ſi erit ſocietas erit. Nūmus igitur ut menſura res ipſas me-

tiendo redigit ad æqualitatẽ. Etenim neq̧ ſocietas fuerit ſine permutatione: neq̧ permutatio ſine æqualitate: neq̧ æqualitas ſine cõi menſura. Atq̧ re quidem uera fieri nequit: ut ea quæ adeo differunt conueniant communi menſura: attamen indigentiæ ratione ſatiſfieri poteſt. Vnum quid igitur eſſe oportet: atq̧ hoc ex poſitione: quapropter nummus uocatur. Hoc enim facit ut omnia menſura conueniant: mẽſurantur enim omnia nummo. Sit domus quidem. A.Ünciæ autem decem. B. & lectica collocetur in. C. Atq̧. A. quidem dimidium ſit ipſius. B. ſi præcium domus quinq̧ unciæ ſint aut æquale. B. ipſi. C. autem: id eſt lectica ſit pars decima ipſius. B. Patet igitˀ quot lecticæ domui ſũt æquales: ſunt. n. q̃nq̧.

Domus	Vnciæ decem	Lectica
.A.	.B.	.C.
.V.		.I.

Hoc aũt modo pmutatio erat anteaq̃ eſſet nũmus; nihil eni ĩtereſt ſiue lecticæ quinq̧ ſiue p̃cium quinq̧ lecticaꝝ detur pro domo. Dictũ eſt igitur quid nam ſit iuſtum atq̧ iniuſtum. ¶ His aũt determinatis cõſtat iuris actionẽ mediũ inter hæc eſſe; agere inquã ac pati iniu

riam. Alterum enim eſt plus habere alterum minus. Iuſtitia autẽ non eodem modo quo priores uirtutes mediocritas eſt. Sed qa medii eſt: iniuſtitia uero extremorum. Et iuſtitia quidem eſt qua iuſtus dicit̃: actiuus electione iuſti atq; diſtributiuus: & ſibiipſi ad alium: ac alii ad alium: nõ hoc modo ut cõmodi quidẽ plus ſibi tribuat: & ꝓximo minus: incõmodi autẽ econtra: ſed æqui qđ ex cõparatione rationũ exorit̃: & alii ſimili modo ad aliũ: iniuſtitia autẽ cõtra iniuſti. Hoc autẽ eſt nimiũ & parũ: cõmodi uel incõmodi cõtra cõparationem rationũ. Quapropter iniuſtitia exuperatio eſt & defectus: quia eſt exuperationis & defectus. In ſe quidẽ exuperationis eius qđ ẽ ſimpliciter cõmodum: & defectus eius qđ eſt incõmodum. In aliis autẽ totius quidem ſimiliter: eius uero quod a comparatione rationum exorbitati ut contigerit. Iniuria autẽ minor quidem eſt iniuriam pati: maior autẽ iniuriam facere. De iuſtitia igitur ac iniuſtitia quæ nã ſit utriuſq; natura: ſit dictum hoc modo. Similiter & de iuſto uniuerſaliter atq; iniuſto.

¶ Tractatus .II. Capl'm .I.

CUm uero fieri poſſit ut iniuriã qſpiam faciat: & nõdum ſit ipſe iniuſtus: quales nam iniurias quiſpiã faciens unaquaq; iniuſtitia iã

eſt iniuſtus:für inquã : uel adulter : uel latro. An hoc modo nihil intererit. Etenim fieri poteſt ut quiſpiam coeat cũ muliere ſciens cum qua coit:ſed non ob electionis principiũ : ſed ob affectũ. Atq; iniuriam quidem agit:ſed iniuſtus nõ eſt:ueluti neq; fur : furatus ẽ tamẽ: neq; adulter:adulterũ tamẽ fecit:& eodem de cæteris modo. Quomodo igit̃ ſeſe habet ad ipſum iuſtum repaſſio dictũ eſt antea. Oportet autem non latere iuſtum quod nunc quæritur id eſſe quod eſt ſimpliciter iuſtũ : ipſum inquam iuſtum ciuile. Hoc autem eſt inter ſocios uite:ut ſit ſufficientia liberorũ atq; æqualium aut in comparatione rationũ cõſiſtens: aut in numero. Quare in quibus hoc non eſt: inter eos ciuile iuſtum non eſt : ſed quoddam iuſtum & per ſimilitudinem quandam : in iis enim eſt iuſtum quibus inter ſe ponitur lex. Lex autem iis poni ſolet in quibus eſt iniuſtitia. Iudicium enim diiudicatio eſt iuſti atq; iniuſti. In quibus uero eſt iniuſtitia in iis eſt etiam iniuriam facere:ſed nõ in omn ibus eſt iniuſtitia in quibus eſt iniuriam facere. Hoc autem eſt plus quidem ex ſimpliciter bonis: minus autem ex ſimpliciter malis ſibi tribuere. Iccirco non ſinimus hominem dominari ſed rationem:quia ſibiipſi id facit & fit tyrannus:magiſtratus autẽ cuſtos eſt iuſti. Quod.

ſi iuſti & æqui:atq; quia nihil ſibiipſi plus tribuendum eſſe cenſet ſi eſt iuſtus. Ex ſimpliciter enim bono plus ſibi nõ tribuit niſi cõparatione rationum ſit ad ipſum accõmodatũ: ideo alii nõ ſibiipſi laborat. Atq; ob idipſum alienum bonum inquiunt iuſtitiam eſſe:ſicut & antea diximus. Merces ergo quædam tribuenda eſt ipſi:honos inquam & præmium: ſed quibus hæc non ſufficiunt ii fiunt tyrãni.
¶ Herile aũt paternũq; iuſtũ nõ idẽ: ſed his eſt ſimile: nõ eſt enim iniuſtitia ad ſua ſi ſimpliciter. Id autẽ quod poſſidetur & filius quã diu ſit paruus & nõ ſeparatus: ut pars ipſius eſt patris:ſe uero nemo uult ledere. Quapropter non eſt ad ſeipſum iniuſtitia.
¶ Neq; ergo iuſtum neq; iniuſtũ ciuile:eſt enim lege:atq; in his eſt in quibus lex eſſe poteſt. Qui quidem ii ſunt quibus ineſt æqualitas imperandi atq; parendi. Iccirco magis ad uxorẽ iuſtũ eſſe uidetur q̃ ad filios & ea quæ poſſidentur:hoc enim eſt rei familiaris iuſtũ. Verũ & hoc aliud eſt a ciuili. ¶ Capi. II.
Iuilis iuſti aliud eſt naturale:aliud
c legitimũ. Et naturale qdẽ eſt qđ ubiq; uim habet eãdẽ:& nõ qa uidetur uel nõ uideť:legitimũ autẽ qđ a principio qdẽ nihil refert ſic an aliter habeat:cũ uero poſitũ fuerit refert:quale eſt mi-

na captiuos redimi:uel caprã diis ſed nõ duas oues mactare:& etiam ea quæ de ſingulis lege iubentur:ut ſacra braſidæ facere:& quæ publicis decretis inſtituuntur. Videntur autem quibuſdam omnia talia eſſe:propterea ꝙ omne quod natura cõſtat ĩmobile eſt:& uim eandem habet ubiq; : ſicut ignis hic & apud Perſas urit. Iuſta autem moueri uident. Verum hoc non ita ſeſe habet:ſed aliquo modo. Atq; apud deos quidem nihil ullo modo forſitan eſt quod ita ſeſe habet. Apud nos autem eſt quidem aliquid etiam natura conſtans mutabile uerum non omne. Attamen aliud eſt natura:aliud non natura. Patet autem quidnam eorum quæ poſſunt & aliter ſe habere natura conſtet & quid non:ſed lege ac inſtituto ſi ambo mutari ſimiliier poſſunt:& ad cætera eadẽ accõmodabiť definito:dextra nãq; manus ualidior ẽ leua nã:& tñ fieri põt:ut oẽs euadant apti ad utendũ manu ſiniſtra pinde ac dextra.

¶ Iuſta aũt ea q̃ ex inſtituto ſunt & ob utilitatẽ ſimilia ſunt menſuris:nõ enim oĩbus in locis æquales ſunt uini triticiq; mẽſuræ:ſed ubi quidẽ emunt maiores ſunt:ubi autẽ uendunt minores. Simili mõ & ea q̃ nõ naturalia ſunt ſed humana iuſta nõ eadẽ ſunt ubiq; : nã neq; reſpu. ſed una tm̃ ubiq; ſecundũ naturã eſt ipſa optima. Vnũquodq; autẽ iuſtum & legiti

mum uniuerſale ſeſe habet ad ſingula. Eteni ea quæ aguntur ſunt multa: unumquodq; autem illorũ eſt unum: eſt enim uniuerſale. Intereſt autem inter iniuriam & iniuſtum: & inter ius & iuſtum. Iniuſtũ enim eſt natura uel inſtituto. Id autem ipſum cum actum fuerit iniuria eſt: antea uero q̃ ſit actum nullo modo eſt iniuria ſed iniuſtum: pari modo & ius. Vocatur autem magis iuris actio ipſum cõe: ius autem iniuriæ emẽdatio. Quæ uero & quot ſpecies uniuſcuiuſq; ipſorum ſint: & circa quæ uerſantur conſiderandum eſt poſtea.

Capitulum. III.

c Vm autem iuſta ſint & iniuſta ea quæ diximus: iniuriã quidẽ quiſpiam facit & ius agit cum ea ſua ſpõte agit. Sed cum inuitus non iniuriam facit: neq; ius agit. Agit enim ea quibus accidit ut ſint iuſta aut iniuſta. Iniuria autem atq; iuris actio tunc eſt cum a ſponte agente fit: tunc enim uituperatur & ſimul tunc iniuria eſt: quare erit quid iniuſtum quidem: ſed nondum iniuria ſi non a ſponte agente ſit factum. Equidem id a ſponte agente fieri dico: queadmodũ & prius eſt dictũ: qđ quiſpiã in ſe ſitũ ſciens agit & nõ ignorãs: neq; quẽ neq; quo: neq; gratia cuius: ut quẽ pulſat & quo & gratia cuius: & unũquodq; illoꝝ neq; per ac-

cidens neq; ui:ut ſi quiſpiam ui mouens ma-
num ipſius alium pulſet. Sponte enim ipſe
tum ſua non pulſat: quippe cum non ſit in ſe
ſitum. Fieri etiã poteſt ut qui pulſatur ſit pa-
ter: ipſe autẽ ſciat quidem illum hominẽ eſſe:
uel aliquem eorum qui adſunt: ignoret autẽ
eſſe patrẽ. Idem dicendũ eſt & de eo gratia cu
ius agitur & circa totum etiã actum. Quod
igitur ignorat̃: aut nõ ignorat̃ quidem: non
eſt autem in ipſo ſitum ſed ui fit id omne agi
tur ab inuito. Et eorum enim quæ nobis natu
ra competunt complura ſciẽtes agimus atq;
patimur: quorum nihil aut noſtra ſponte aut
inuitis fit nobis: ut ſeneſcere aut mori. Eſt au
tem in iniuſtis ac iuſtis ſimiliter id quod per
accidens dicimus: nã ſi quiſpiam depoſitũ in-
uitus & ob timorẽ reddiderit: nõ eſt dicendũ
hunc iuſtũ aut ius agere niſi p accidẽs. Sil'r eſt
dicendũ & eũ iniuriã facere atq; iniuſta per ac
cidens agere: qui cogit̃ atq; inuitus nõ reddit
depoſitum. Eorũ autẽ quæ ſpõte agimus alia
cũ electione agimus alia ſine electione. Ea cũ
electione agimus quæ anteceſſit deliberatio.
Ea ſine electiõe quæ nõ anteceſſit deliberatio.
¶ Cum igitur leſio ſit in ſocietatibus triplex
tunc ſunt cum ignoratione peccata cum quiſ
piam egerit aut circa quẽ: aut quod: aut quo
aut gratia cuius agere non putauit: nam aut

Lesio in societatibus q[uo]t sunt

non percutere:aut non hoc aut non hunc:aut nõ gratia huiuſce putauit: ſed accidit id cuius gratia nõ putauit:ut nõ ut uulneraret ſed ut pungeret:aut non quem: aut nõ modo hoc. Atq̧ cũ extra rationem fit leſio infortunium eſt:cum nõ extra ratione ſine tamen uitio peccatum. Etenim peccat quidẽ quiſpiã: cum in ipſo eſt principiũ cauſæ. Aduerſa uero fortuna utit cum eſt foris. Cum autẽ ſciens quidẽ: ſed non deliberatione præmiſſa quiſpiã ledit iniuria eſt. Cui⁹ generis ea ſunt uniuerſa quæ per irã efficiunt aliaſq̧ animi pturbationes quæcũq̧ neceſſario uel natura hoib⁹ accidũt. Hæc enim iniuriæ ſunt:atq̧ ii qui ob hæc nocent ac peccant iniuriã quidẽ faciunt: tamen nondũ ob hæc ipſa ſunt iniuſti uel praui:non enim nocent ob prauitatem:ſed cũ nocet electione iniuſtus eſt atq̧ prauus. Quapropter perrecte ea quæ proficiſcuntur ab ira:non diiudicantur ex prouidentia fieri. Non enim is incipit qui facit ira: ſed is qui prouocauit ad iram. Præterea non fit in talibus controuerſia ſi factum ſit nec ne: ſed ſi iure ſit factũ. Ira nãq̧ ob apparentem oriri iniuſtitiã ſolet: nõ enim de facto perinde atq̧ in cõmertiis contendunt:ubi neceſſe eſt alterũ improbũ eſſe ſi non id faciat obliuione:ſed de re cõuenientes iure an iniuria ſit facta diſceptãt. Qui autem

fecit inſidias nõ ignorat. quare alter putat iniuriam pati: alter non putat. Quod ſi electione nocuerit iniuriam facit: atq; his iam iniuris eſt iniuſtus qui iniuriam facit: cum comparationem rationum aut æqualitatem tráſgreditur. Pari modo iuſtus etiã eſt cum ius agit electione. Ius autem agit ſi ſolum ſua ſponte agit. Eorum autem quæ ab inuitis fiunt alia ſunt uenia digna: alia non ſunt uenia digna: nam ea quæ non ſolũ ignorantes: ſed ob ignorationem etiam faciunt ignoſcenda ſunt: ſed ea quæ faciunt non ob ignorationẽ. ſed ignorantes quidem ob affectum non naturalem: neq; humanum non ſunt uenia digna.

Capitulum. IIII.

a Mbiget autem quiſpiã ſi determinatum ſit ſatis de faciendo patiendoq; iniuriã; atq; ſi ita ſit ut Euripides inquit abſurde dicens.

Quæris parentẽ quomodo occidi meam?
Sermo eſt breuis: non exitus longos habet.
Volens uolentem: uel uolentem non uolẽs.

Vtrũ eni re uera ſua ſpõte quiſpiã iniuriã patiať an nemo: ſed oẽs inuiti: quemadmodũ & oẽs qui iniuriam agunt ſua faciunt ſpõte? Et utrũ oẽs hoc mõ: an quidã ſponte quidã inuiti? Similiter & cum patiunť hoíes ius: nã oẽs cum ius agunt ſua faciunt ſponte. Quare con

ſentaneũ eſt rationi ſimiliter opponi eos qui
iniuriã & qui ius patiunť:ut aut ſponte patiã
tur aut inuiti. At abſurdũ uidebitur ſi oẽs etiã
ius pati ſua ſponte dixerimus. Nõnulli nãq;
non ſua ſpõte ius patiunť. Enimuero de hoc
quoq; quiſpiã dubitauerit:ſi ois qui paſſus eſt
iniuſtũ iniuriã patiať. An ut in agendo ſic &
in patiendo res ſeſe hẽt. Eteni fit ut ad utrũq;
per accidẽs ipſa iuſta accõmodenť: & eodem
modo iniuſta. Non enim eſt idem iniuſta age
re & iniurias agere:neq; iniuſta pati & iniuri
as pati. Similiter & in agendo patiẽdoq; ius.
Fieri enim non poteſt ut patiatur quiſq̃ iniu
riam:niſi quis iniuriam faciat:aut ius patiať:
niſi ius quiſpiam agat. Quod ſi ſimpliciter in
iuriam facere ſit ſua ſponte quempiam læde-
re:& idipſum ſponte inquam lædere ſit læde-
re ſciẽtem & quem & quo atq; quomodo. In-
continens autem ipſe ſibi ſua noceat ſponte:
ipſe nimirum iniuriam patitur ſua ſpõte:fie-
riq; poteſt ut ſibiipſi iniuriã faciat. Atq; hoc
etiam ipſum unum quid eſt eorum quæ dubi
tantur: ſi fieri inquam poſſit ut ſibiipſi quiſ-
piam iniuriam faciat. Præterea fit ut ſua ſpõ-
te quiſpiam ob incontinentiam ab alio ſpon
te nocente lædatur. Quare fit ut ſua ſpõte ali
quis iniuriam patiať. An definitio dicta non
recte ſeſe habet:ſed huic lædere inquam ſcien-

tem & quem & quo atq; quomodo:hoc eſt ad dendum præter illius uoluntatem. Læditur igitur aliquis ſua ſponte patitur atq; iniuſta:ſed iniuriam ſua ſpõte patitur nemo:nemo nanq; uult. Neq; incontinens ipſe:ſed præter uolũtatem agit:neq; enim ullus id uult quod non exiſtimat eſſe bonum: incontinens autem id agit quod non putat eſſe agendum. Qui uero dat ſua quemadmodum arma Diomedi glaucus dedit:ut dicit Homerus.
Proq; nouẽ centum pro ferro tradidit aurũ.
Is iniuriam non patitur. Dare nanq; eſt eollocatum in ipſo:ſed ut iniuriam patiarur nõ eſt in poteſtate ipſius ſitum: ſed is ſit qui iniuriã agat oportet. Patet igitur ſua ſponte neminẽ iniuriam pati. Inſuper ex iis quæ propoſuimus hæc duo reſtant deinceps dicenda: uter iniuriã faciat: is ne qui plus præter dignitatẽ tribuit:an is qui illud habet. Et ſi fieri poſſit ut ſibiipſi quiſpiam iniuriam faciat. Etenim ſi ſit illud quod prius eſt dictum & qui diſtribuit nõ qui plus habet iniuriã faciat ſi quiſpiã plus alii q̃ ſibi tribuat ſciens ſpõteq;:quod quidem moderati hoĩes faciunt (Bonus enim & æquus minora ſibi tribuere ſolet) is ꝑfecto ſibiipſi iniuriam facit. An neq; hoc ſimplex eſt. Ex alio nanq; bono plus forte cõſequitur:ut gloriam: aut abſolute honeſtũ. Soluitur præterea

& per definitionē agendi iniuriā: nihil enim ipſe præter ſuam patitur uoluntatem: quare non iniuriā patitur ob idipſum ſed ſi minus capit lædit̄ tm̄. Patet autē & diſtribuentē iniuriam agere: ſed non eum ſemper qui plus habet: non enim is iniuriā facit cui ineſt iniuſtū: ſed is cui poteſtas ineſt id faciēdi ſponte. Hæc autē eſt unde eſt principiū actus: quod quidē in ipſo eſt diſtribuente: nō in accipiente. Præterea cū facere multis dicat̄ modis: & modo quodā expertia animæ: & manus: & ſeruus occidat hero iubente: iniuriā quidem nō agit: iniuſta aūt facit. Inſuper ſi iudicauit ignorans: non iniuriā facit legitimo iuſto: nec eſt iniuſtum iudicium. Eſt tamen aliquo modo iniuſtum. Aliud enim eſt legitimū iuſtū aliud primum & narurale. Sin uero cognoſcēs iudicauit iniuſte: plus habet & ipſe uel gratiam uel uindictam. Perinde igitur & is qui ob hæc iudicauit iniuſte plus habet: atq; ſi quiſpiā acceperit iniuriæ partē nam in illis qui fundū per uerſo iudicio tribuit nō fundum cæpit ſed argentum. At qui putant hoīes in ſeipſis eſſe ſitum iniurias facere. Quapropter & iuſtum eſſe facile arbitrantur: hoc autē non ita ſeſe habet. Coire nāq; cum uxore uicini: & pulſare proximū dareq; argentum manu facile eſt & collocatur in ipſis. Sed hæc agere ſic ſe haben

tes neq; facile eſt:neq; in ipſis eſt ſitum.Simi li modo cognoſcere iuſta atq; iniuſta nullam ſapientiã eſſe putant:ꝓpterea ꝙ nõ eſt diffici le ea de quibus leges dictitant intelligere. At nõ hæc ſunt ipſa iuſta niſi per accidẽs:ſed tũc ſunt iuſta cum quodam agunt̃ modo: & quo dam diſtribuunt̃ modo. Id autem difficilius eſt q̃ ea quæ ſanitatẽ efficiunt ſcire.Et ibi nãq; mel uinum ueratum aduſtionem inciſionẽue ſcire per facile ſane eſt. Sed quonã modo ad ſanitatem efficiendã & cui & quando ſint tri- buenda tanta eſt difficultas ſcire:quãta eſt me dicum eſſe.Ob id autẽ ipſum & iuſti non mi- nus eſſe putant iniuriã facere: quia uir iuſtus nõ minus:ſed etiã magis horũ ſingula facere poteſt:uitiare inquã uxorẽ cuiuſpiam:& pul ſare aliquem:& uir fortis in acie proiicere cly peum tergiſq; uerſis fugam ſurripere. At ti- mide agere & iniuriã facere nõ eſt hæc facere niſi per accidẽs:ſed ſic ſe habẽtem hæc facere: quẽadmodũ & mederi atq; curare nõ eſt inci- dere uel nõ incidere:aut medicamẽta dare aut non dare ſed hoc modo ſeſe habentẽ hæc age- re. Iuſta autẽ in iis ſunt qui participes ſunt eo rum quæ ſunt ſimpliciter bona: habent autẽ & exuperationem in his & defectũ:nam qui- buſdam non eſt ipſorum exuperatio: ut diis fortaſſe:quibuſdam uero nulla pars eſt utilis

incura bilibus in quum malis:ſed omnia n o-
cent. Quibuſdã autẽ uſq; ad aliquẽ terminũ
atq; hoc eſt humanum.

Tractatus tertius   Capitulum. I.

Deinceps dicendum eſt de æquita-
te & bonitate:atq; æquo & bono:
quonam modo ſeſe habet: æqui-
tas quidem & bonitas ad iuſtitiã:
æquũ autem & bonum ad iuſtum. Nam con
ſiderantibus neq; ſimpliciter idem:neq; gene
re diuerſum eſſe uidetur. Atq; interdũ lauda-
mus æquum & bonũ utrũq; talem quare &
ad alia laudantes trãſferimus ꝑ bono:ipſum
æquius declarantes melius eſſe. Interdum ra
tionem ſequentibus abſurdũ uidetur:ſi æquũ
& bonũ ſit quid præter iuſtum laudabile ſit:
nam aut iuſtum non eſt ſtudioſum:aut æqu ũ
& bonum: ſi aliud ſit a iuſto aut idem ſunt ſi
utrunq; eſt ſtudioſum. Hæc igitur dubitatio
ob ea fere quæ dicta ſunt naſcit̃ de ipſo æquo
& bono. Recte autẽ aliquo modo ſeſe habent
omnia:& nihil prorſus ipſis aduerſatur:nam
æquum & bonum iuſtum eſt:& eſt aliquo iu-
ſto melius:& non ut aliquod aliud genus me
lius eſt ipſo iuſto. Idem eſt ergo iuſtum atq;
æquum & bonum: & utrunq; quidem eſt ſtu
dioſum:præſtabilius autem eſt ipſum æquũ
& bonum. Fit autẽ hæc dubitatio:quia æquũ

& bonum iuſtum quidem eſt: non autem le-
ge ſed emẽdatio legitimi iuſti. Cauſa autem
eſt: quia lex quidem omnis uniuerſalis eſt: fie-
ri autem non poteſt ut de quibuſdam uniuer-
ſaliter recte dicatur. In quibus igitur uniuer-
ſaliter quidem dicere neceſſe eſt: fieri autẽ nõ
poteſt ut recte dicatur: in iis lex id accipit qđ
fit plærunq; non ignorans peccatum. Et eſt
nihilominus recta: peccatum enim non eſt in
lege: nec in legiſlatore: ſed in ipſa rei natura.
Continuo nãq; rerum earum quæ ſub actio-
nem cadunt materia talis eſt. Cum igitur lex
quidem uniuerſaliter loquitur: in his autem
præter uniuerſale quippiam accidit: tum re-
cte ſeſe habet ut ea parte qua legiſlator omiſit
atq; peccauit abſolute locutus emendetur de-
fectus. Quod & ipſe legiſlator ſi adeſſet hoc
modo dixiſſet: & ſi ſciuiſſet iubentem legem
tuliſſet. Quapropter iuſtum quidẽ eſt & præ-
ſtabilius aliquo iuſto: non tamen ſimpliciter
iuſto: ſed eo quod peccat. Propterea qđ ſim-
pliciter dictum eſt. Atq; hæc eſt natura ipſius
æqui & boni. Emẽdatio legis ea ex parte qua
deficit ob uniuerſale: hoc enim eſt cauſa. Et ut
non omnia ſint lege: quia de quibuſdam im-
poſſibile eſt ponere legẽ. Quare decreto eſt
opus. Inde finitæ nãq; rei indefinita & regu-
la eſt: ſicut & ædificationis Leſbiæ plumbea

norma. At lapidis enim figuram mutatur & non manet: & decretũ ad res ipſas ſimili modo. Patet igitur quid eſt æquum & bonum: & eſſe iuſtum & quo iuſto præſtabilius. Ex quo etiam patet & quidnam ſit homo bonus & æquus: eſt enim is qui talia eligit & agit: & q̄ non exacte iuſtum in deteriorem exequitur partem: ſed imminuit: tametſi legem adiutricem ad illud habet. Et habitus hic æquitas & bonitas dicitur. Quæ quidem iuſtitia quædã eſt & non alius quiſq̄ habitus.

Capitulum. II.

p Atet ex iis quæ diximus ſi fieri poſſit ut ſibiipſi quiſpiam iniuriam faciat nec ne. Iuſta enim quædam ex omni uirtute a lege ſunt ordinata: & lex non iubet ſeipſum quenq̄ occidere: quæ uero non iubet uetat. Præterea cum quiſpiam contra legem lædis non laceſſitus: tum is iniuriam ſponte facit. Sponte autem is iniuriam facit qui ſcit & eum cui facit: & modũ quo facit. At qui ſeipſum ob iram occidit: ſpõte id quod lex non permittit contra legem efficit rectam: iniuriam ergo facit. Sed cui nam quæſo. an ciuitati non ſibiipſi. nam ſua patit̃ ſponte: nemo uero ſponte iniuriam patitur. Quapropter & ciuitas mulctat: & iſtituta eſt ignominia quædã aduerſus eum qui ſibi mor

tem conſciuit:ut ciuitati iniuriam facientem. Præterea fierit non poteſt ut ſibiipſi quiſq̃ iniuriam faciat ea ratione qua iniuſtus eſt qui ſolum iniuriam facit: & non omnino eſt uitioſus: hic enim differt ab illo. Homo nãq; iniuſtus eſt modo quodam ſic prauus ut ipſe timidus non ut totam habens prauitatem. Quare nec hac iniuſtitia ſibiipſi quiſq̃ iniuriam facit: nam idem ſimul ablatum ab aliquo: ac eidem additum eſſet: quod fieri nequit: ſed ſemper inter plures iuſtum atq; iniuſtum eſſe neceſſe eſt. Præterea qui iniuriam facit ſponte agit & electione & prior: qui nãq; leſus idem uiciſſim facit iniuriam facere non uidetur. Ipſe autem ſimul eadem patitur ſibiq; facit: præterea ſua ſpõte quiſpiam iniuriam pateretur. Inſuper ſine ſingulis iniuriis iniuriam facit nemo. At nemo adulterium ſua cum uxore committit: nemo parietem confodit ſuum: nemo res ſuas furatur. Omnino autem hoc ſibi inquam iniuriam facere ſoluitur definitione iniuriam patiendi: ſua nãq; ſponte patitur iniuriam nemo. At uero conſtat utrunq; prauum eſſe: facere inquam iniuriam atq; pati: alterum enim eſt plus: alterum minus habere medio. Quod quidem perinde ſeſe habet atq; in medicina quidẽ qđ ad ſanitatẽ: in exercẽdi aũt arte qđ ad habitudinẽ corporis bonã con

ducit: peius tamen eſt iniuriam facere! hoc enim cum uitio eſt atq; uituperatur: & uitio uel perfecto & ſimpliciter uel prope. Nõ eni omne quod ſponte fit cum iniuſtitia eſt: ſed pati iniuriam ſine uitio & iniuſtitia eſt. Pati igitur iniuriam per ſe quidem minus eſt malum: per accidens autem nihil ꝓhibet maius eſſe malum. At non cure eſt arti: ſed dolorem lateris maiorem morbum q̃ pedis offenſionẽ eſſe dicit. Quanq̃ fieri poteſt nonnunq̃ contra per accidens: ſi euenerit ut quiſpiam offenſo pede caperetur ab hoſte ut trucidaret̃. At qui per tranſlationem atq; ſimilitudinem eſt iuſtum non ſibi ad ſeipſum: ſed ſuorũ quibuſdam. Non omne autem iuſtum ſed herile uel refamiliaris. His enĩ rationib⁹ diſtat ea pars animæ quæ rationem habet ab ea parte quæ eſt rationis expers ad quas inſpicientibus: ad ſeipſum iniuſtitia eſſe uidetur: præterea ꝙ in his eſt pati aliquid contra ſuas appetitiones. Vt igitur eſt quid iuſtum magiſtratum gerẽti: & quibus ipſe præeſt: ſic & his etiam eſſe uidetũr. Sed de iuſtitia quidem cæteriſq; morũ uirtutibus hoc ſit modo determinatum.

Finis quinti libri.

¶ Incipit liber ſextus ethicorum.

¶ Tractus primus. ¶ Capitulum. I.

CVm antea dictum ſit medium expetēdum eſſe:nō id quod nimiū eſt atq; parum: & medium perinde ſeſe habeat atq; recta ratio dictat; hoc ipſum deiceps diuidamus oportet. In oibus eni dictis habitibus quēadmodū & in cæteris eſt quoddā ſignum:ad quod is incipiens qui rationē habet intendit atq; remittit. Eſtq; quidam terminus mediocritatū: quas inter exuperationem defectūq; dicimus eſſe:ita ſeſe habentes ut recta ratio ſtatuit. Atq; ſermo talis eſt quidem uerus:non tamen dilucidus: nam & in quauis opera atq; cura circa quam uerſatur ſcientia uerū eſt dicere:neq; nimium neq; parū eſſe elaborandū uel quieſcendū:ſed mediocriter & ut ratio recta pſcribit. Atqui hoc tantū habet nihil plus ſcierit ut ſi quiſpiā dixerit ea eſſe corpori afferenda quæ medicina & ut is qui hanc habet ſcientiā iubet. Quapropter & circa habitus animi non modo uere hoc dictū eſſe oportet: ſed etiam determinatum quænā ſit ipſa ratio recta: & quæ eius ſit definitio.

¶ Virtutes itaq; animæ ſuperioribꝰ in locis

diuiſimus: & alias moris:alias mẽtis diximus eſſe. Atq; de moris quidem uirtutibus iã tranſegimus:de reliqs uero dicamus oportet: prius hiſce de anima declaratis. Duas igitur eſſe animæ partes antea diximus. Eam quæ rationis eſt particeps: & eam quæ eiuſdem eſt expers. Nunc autem identidem pars ea quæ rationem habet eſt diuidenda:atq; ſit ſuppoſitũ duas eſſe partis quæ ſunt participes rationis. Vnam qua contemplamur ea quorum principia ut aliter ſeſe habeãt minime fieri poteſt. Alterã qua perſpicimus ea quæ aliter ſeſe habere poſſunt. Eæ nãq; animæ partes diuerſæ ſunt genere quæ ſunt aptæ ad res eas cognoſcendas:quæ genere differunt. Siquidem ipſis ineſt rerum cognitio ſimilitudine quadã atq; accommodatione:atq; harum altera uis ſciendi:altera uis ſubducendi rationem uocetur. Cõſultare nãq; rationemq; ſubducere eadem poſſunt. Nemo autem de iis rebus conſultat quæ aliter ſeſe habere nõ poſſunt. Quare uis ſubducẽdi rationem una pars eius partis eſt animæ:quæ rationis eſt particeps. Sumẽdum eſt igiť quiſnam utriuſq; ſit optimus habitus:hic enim utriuſq; eſt uirtus. Virtus autem eſt ad proprium opus.

Capitulum. II.

t Ria ſunt in anima quæ habentur agendi principia:ueritatiſq;. Senſus. Intellectus. Appetitus. Atq; ſenſus nullius eſt principiū actus: quod quidē ex eo patet:qa belluæ ſenſum quidem habēt:actionis aūt ſunt expertes. Eſt aūt id in appetitu pſecutio atq; fuga:qđ eſt affirmatio negatioq; in mēte. Quare cū moris quidem uirtus habitus ſit electiuus; electio uero appetitus deliberatiuus:ob hæc ipſa & rationem uerā & appetitū rectū eſſe oportet:ſi electio ſit ſtudioſa atq; eadē:illā qdē dicere:hunc aūt perſequi. Hæc igiť mens atq; ueritas actiua eſt:mentis aūt eius quæ contēplādi nō agēdi neq; faciēdi principiū eſt bonū ac malū ueri eſt atq; falſum. Hoc eni mētis eſt oīs opus: ſed actiue mentis ueritas eſt cōſentanea appetitui recto. Electio igiť actus principiū eſt unde eſt motus:ſed nō id gratia cuius. Appetit⁹ aūt eaq; ratio quæ alicuius eſt gratia electionis principiū eſt: Idcirco neq; ſine intellectu mēteq;:neq; ſine habitu moris eſt ipſa electio Sine nāq; mēte atq; more nō eſt actio bona: nec itē contraria. Mens aūt ipſa nihil mouet: ſed ea quæ alicuius eſt gr͂a & actiua:hæc eni & effectrici mēte præeſt: nā oīs qui facit gratia huius facit; & non eſt ſimpliciter finis ſed ad aliquid; & alicuius id quod efficitur; ſed non

id quod agitur:ipſa nãq; bona actio finis eſt:
& huius eſt appetit⁹. Quapropter electio uel
intellectus eſt appetitus uel appetitus intelle
ctiuus:& tale principiũ eſt homo. Nulla autẽ
res facta eſt eligibilis: nemo enim eligit Iliũ
expugnaſſe. Neq; enim de eo quiſq̃ conſultat
quod factum eſt:ſed de futuro ac contingen-
te:factum autem non contingit non factum
eſſe. Quapropter recte Agatho dixit.
Hoc etiam ipſe deus ſoloq; carere uidetur.
Infectũ ut faciat quod factũ eſt atq; peractũ.
Opus igit̃ utriuſq; partis intellectiuæ ueritas
eſt. Quare q̃bus habitibus maxime pars utra
q; uerum dicit:ii ſunt ambarum uirtutes.

¶ Tractatus ſecundus. ¶ Capitulũ. I.

d

E ipſis igit̃ rurſus dicamus opor-
tet altius initio ſumpto. Sint itaq;
ea q̃bus uerũ anima dicit affirman
do aut negando numero quinq;.
Hæc aũt ſunt:ars:ſciẽtia:prudẽtia:ſapiẽtia:in
tellectus. Fieri eñi põt ut falſum exiſtimatio-
ne opinio neq; dicat. Sciẽtia igitur quidnã ſit
hinc perſpicuum eſt ſi exacte dicere oportet
& non ſimilitudines ſequi. Omnes enim pu-
tamus id quod ſcimus aliter ſeſe habere non
poſſe. Quæ uero poſſũt aliter ſe habere poſt
contẽplationẽ latent ſi ſint an nõ ſint: ipſum
ergo ſcibile neceſſario eſt: ergo eſt æternum.

Quæ enim neceſſario ſimpliciter ſunt æterna ſunt omnia. At æterna ingenita & incorrupti bilia ſunt. Præterea omnis ſcíētia doceri & ſcibile diſci poſſe uidetur. At ex antea notis ut in reſolutiuis etiam diximus fit omnis doctrina nam alia per inductiōem: alia per ratiocinatio nem efficitur. Atq; inductio quidem pricipiū eſt ipſius uniuerſalis. Ratiocinatio autem eſt ex uniuerſalibus. Sunt enim principia ex quibus ipſa ratiocinatio conſtat: quorum non eſt ratiocinatio, ergo inducto. Scientia ergo demonſtratiuus eſt habitus: & cætera quæ in reſolutiuis determinauimus. Tum enim quiſpiam ſcit cum aliquo modo credit & ſunt ipſi principia nota: ſi enim non ſint magis q̄ concluſio nota p accidēs hēbit ſcientiā. De ſciētia igiť ſit hoc mō determinatū. ¶ Capl'm. II.

e Orum quæ aliter ſeſe habere poſſunt ē & aliquid quod ſub effectio nem: & aliquid quod ſub actiōem cadit. Diuerſa uero ſunt effectio at q; actus. De his āt ipſis & exteriotibus ſermo nibus credimus. Quare & habitus qui cū ratione actiuus eſt diuerſus eſt ab eo habitu qui cum ratione eſt affectius neq; alterum ab altero cōtinetur. Nequæ enim effectio actus eſt: nequæ actus effectio. Atqui cum extruendaꝝ edium facultas ars quædam ſit ac habitus qui:

dam faciendi cum rõne:nullaq; ſit ars quæ nõ ſit habitus faciendi cum ratione:nec ullus habitus talis qui non ſit ars;ſit ut idem ſit ars atq; habitus faciendi uera cum ratione. At uero circa generationẽ ars omnis uerſatur:& inuẽtionem contemplationemue quonam modo fiat eorum aliquid quæ & eſſe & non eſſe poſſunt:& quorum principium non in eo quod efficitur ſed in ipſo eſt faciente. Nam neq; eorum quæ neceſſario ſunt uel fiunt eſt ars:neq; eorum quæ ſunt ſecundum naturã. Hæc.n.in ſeipſis hñt principiũ ipm. Cũ autẽ effectio atq; actus diuerſa ſint:artẽ effectõis eẽ nõ actus neceſſe ẽ. Atq; circa eadẽ quodãmodo uerſat ars & fortũa:quemadmodũ &. Agatho dicit. Quippe ars fortunã fortunaq; diligit artem Ars igit ut diximus habitus eſt quidam faciẽdi uera cũ rationẽ. Contrariũ autẽ artis habit⁹ eſt faciendi falſa cũ rõne circa id quod ſeſe aliter habere poteſt.

¶ Capitulum. III.

d E prudẽtia uero quænam ſit percipiemus: ſi contemplabimur quoſnam ipſos prudentes dicimus eẽ. Videt itaq; prudentis eſſe bene cõſulere poſſe circa ea quæ ſibi ſunt bona ac proſunt:non aliqua ex parte:ut quænã ad ſanitatem uel uires;ſed quæ ad bene uiuẽdum oĩno conducant. Argumento eſt id ita eſſe:eos ẽt q

circa aliquid uerſantur prudẽtes dici: cum bñ ad finẽ ſtudioſum aliquem excogitauerint ea quorꝫ nulla eſt ars. Quare & omnino prudẽs is eſt: qui ad conſultandũ eſt aptus. Conſultat autẽ de iis nemo: quæ aliter ſeſe hr̃e non pñt: aut de iis quæ ipſe agere nequit. Quare ſi ſciẽtia quidẽ eſt cum demonſtratione: quorũ aũt principia aliter ſeſe hr̃e pñt eorũ nõ eſt demõſtratio (cũctam enim & aliter ſeſe hr̃e pñt) neq̧ de is quæ ſunt neceſſario cõſultatio fieri poteſt: ipſa prudentia profecto neq̧ ſcientia neq̧ ars eſſe põt. Scientia quidẽ quia ſub actionẽ cadit aliter ſeſe hr̃e põt. Ars autem q̧ aliud actionis: aliud affectionis eſt genus. Reſtat ergo habitum ipſam eſſe agendi uera cũ ratione circa ea quæ ſunt bona homini atq̧ mala. Finis eni affectiõis eſt quid aliud præter ipſam affectionem. Actionis uero non ſemper. Eſt enim ipſa boua actio finis. Quocirca Periclem & uiros tales arbitramur eſſe prudentes: quia quæ ſibiipſis & quæ cæteris hominibus ſnnt bona perſpicere poſſũt. Eſſe autem eos tales putamus qui ad rem familiare atq̧ ad rempublicam adminiſtrandam ſunt api. Vnde & temperantiam conſeruatricem prudentiæ appellamus. Conſeruat autem talem exiſtimationem. Voluptas enim & dolor non oẽm exiſtimationem corrumpit. Non enim hãc: trian-

gulum tres angulos æquales duob⁹rectis habere. Sed eas quæ circa id habētur quod cadit in actiōem. Nam principium quidem rerum agēdarum: ideſt gratia cuius ſunt ipſæ: enim uero qui corruptus eſt ob uoluptatē aut dolorem cōtinuo non uidebiť principium ipſum: nec huius gr̄a ac ꝑpter hoc ipſum expetēda eē uniuerſa atqꝫ agēda. Vitiū enim principii corruptiuū eſt. Quare prudentiā habitū eſſe agēdi circa humana bona uera cum rōne neceſſe eſt. At uero artis q̄dem eſt uirtus: prudentiæ uero nō eſt. Et in arte q̄dem qui ſua ſpōte peccat magis eſt expetēdus: circa uero prudētiam min⁹: queādmodū & circa uirtutes. Patet igiť prudētiā uirtutē quādam eſſe: nō artē. Cum aūt duæ ſint aīæ partes rōnem hn̄tes: alterius erit ipſa prudētia uirtus: ipſius inquā opinatiuæ. nā & opinatio circa id uerſať q̄d aliter ſeſe hr̄e poteſt: & prudētia ipſa. Atqui neqꝫ habitus ē cum rōne ſolū. Huius autē indiciū eſt: talis quidem habitus obliuionem eſſe: prudētiæ uero non eſſe. ℂCapitulum. IIII.

c Vm autem ſcientia exiſtimatio ſit de uniuerſalibus & iis quæ neceſſario ſunt: ſintqꝫ demonſtrabiliū ſciētiæqꝫ omnis principia (eſt eni ipſa ſcientia cum ratione) principii rei ſcibilis nec eſt ſcientia nec ars nec prudentia. Sciētia quia

pſum ſcibile demonſtrabile eſt. Ars & prudẽ
tia:quia in iis uerſatur quæ ſeſe aliter habere
poſſunt. At neq; ſapientia eſt:eſt enim ſapien
tis de quibuſdam demonſtrationem habere.
quod ſi ea quibus uerum dicimus & nunq̃ fal
ſum in iis quæ poſſunt aut non poſſunt aliter
ſeſe habere hæc ſunt:ſcientia:prudentia: ſapiẽ
tia:intellectus. Horum autem trium habituũ
nullus eſſe poteſt:at q; tres dico:prudentiam:
ſcientiam:ſapientiam. Reſtat intellectum eẽ
principiorum. ⸿Capitulum. V.

Apientiã in actibus iis tribuimus
ſ qui in ipſis ſũt exactiſſimi. Phidiã
enĩ ſapientem ſcultorem lapidũ di
cimus:& Polycletum ſtatuariũ iti
dem ſapientẽ. Atq; hic p ſapientiam nil aliud
intelligimus q̃ ipſius artis uirtutem. At quoſ
dam etiam eſſe ſapientes omnino:non aliqua
ex parte nec aliquid aliud q̃ ſapientes arbitra
mur: ut in margete dixit Homerus.

Diuũ is munere:nec foſſor nec durus arator.
Nec ſapiens alia ulla nimirum extitit arte.

Quare conſtat exactiſſimam ſcientiarũ ipſam
ſapientiam eſſe. Sapientem ergo non ſolum
ea ſcire quæ ex principiis cognoſcuntur: ſed
ẽt circa principia dicere uera oportet. Quare
ſapientia:intellectus eſt & ſcientia:& ut caput
habens ſcientia rerum earum quæ ſummis

afficiũtur honoribus. Perabſurdum eſt enim ſi quiſpiam facultatem ciuilem aut prudentiã ſtudioſiſſimam eſſe putet: ſi non ſit homo eorum optimum quæ ſunt in mundo. Quod ſi ſalubre quidem ac bonum aliud eſt hominibus: aliud piſcibus. album autem & rectũ ſemper eſt idem: & ſapiens omnes idem profecto prudens uero diuerſum dixerint eſſe quod. n. circa ſeipſum recte ſingula perſpicit id prudẽtiam habere dixerint: & huic ipſa commiſerit. quapropter & nonnullas beluas prudentiam habere dicunt q̃cunq; in ſua uita prouidendi uim habere uidentur. Conſtat igitur eandem non eſſe ſapiẽtiam & facultatem ciuilem. Nã ſi eam facultatem ſapientiam eſſe dicent: quæ circa cõmoda propria uerſatur: multæ ſane ſapientiæ erunt. Non enim una circa omnium animalium bonum: ſed alia atq; alia circa unũquodq; uerſatur niſi de omnibus quæ ſũt: una ſit & facultas medendi. Quod ſi homo præſtãtiſſimum eſſe cæterorum animaliũ diceretur nil refert. Etenim homine ſunt alia longe diuiniora natura: ut ea manifeſtiſſime ex quib⁹ ipſe conſtitit mundus. Patet igitur ex iis quæ diximus ſapientiam ſcientiam eſſe & intellectum eorum quæ honorabiliſſima ſunt natura. Quapropter Anaxagoram & Thalem & ſimilesſapientes quidem at non prudẽtes in

quiunt eſſe cum uident ipſos propria cõmoda ignorare. Et ſuperflua quidem & admiranda & difficilia cognitu diuiaq; ſcire ipſos. Sed inutilia dicunt: quia non quærunt bona humana: prudentia autem circa humana uerſatur: & in quibus habet conſultatio locum: prudentis enim hoc maxime opus dicimus eſſe bene inquam conſulere. Conſultat autem de iis nemo quæ aliter ſeſe habere non poſſunt & quorum non eſt aliquis finis. Atq; is bonum agendum: is autem ad bene conſulendum eſt ſimpliciter aptus: qui coniectura quod eſt homini optimum eorum quæ cadunt in actionem excogitando mente capere poteſt. Neq; prudentia eſt uniuerſalium ſolum: ſed ſingula ẽt oportet cognoſcere. Eſt enim actiua & actio circa ſingula ipſa uerſatur. Quapropter & ne ſcientes nõnulli magis q̃ nõnulli ſcientes idonei ſunt ad agendum & cæteris ii qui ſunt experti. Nam ſi quiſpiam ſciat leues carnes facile concoqui ac eẽ ſalubres: quæ uero ſint leues ignoret: non efficiet ſanitatẽ. Sed qui ſcit auiũ carnes leues eẽ atq; ſalubres: iis efficiet magis Prudentia autem eſt actiua. Quare utranq; cognitionẽ aut hanc potius habere oportet: fuerit autem quædam & hæc architecturæ ſubiẽs tationem.

Capitulum. VI.

a T qui ciuilis facultas & prudentia idem eſt habitus:eſſe tamen ipſaꝝ non idem eſt. Eius autem quæ ĩ ciuitate uerſatur:ea quidem quæ eſt ut architectura prudentia:legum eſt ferendarum facultas. Quæ uero in ſingulis uerſatur: ciuilis nomine cóis uocatur. Hæc autem ẽ actiua deliberatiua. Decretum enim in actionem uenit ut ultimum. Iccirco rem ciuilem hos ſolos gerere dicunt. Hi nanq̃ ſoli agunt:perinde atq̃ ii qui ſuis manibus artis conficiunt opus Videtur autem ea maxime prudẽtia eſſe: qua ſibiipſi quiſpiam uni quærit ac proſpicit bõa. Atq̃ hæc ipſo communi noie prudentia nuncupatur. Illarum autem alia gubernandæ rei familiaris:alia ferendarum legũ facultas: alia ciuilis uocatur. Atq̃ huius alia ẽ deliberatiua: alia iudicialis. Cognitiõis igitur quædam ſpecies fuerit ea quæ bona ſunt ſibi ſcire. Sed magnam differentiam habet. Atq̃ qui ſciunt ea quæ ſibiipſis ſunt bõa:in illiſq̃ uerſantur prudentes eſſe uidentur:ciuiles autem negocioſi. Quapropter & Euripides dixit.

Qui nanq̃ prudens ſum:negocio ſine.
Licebat inter milites cui uiuere.
Equamue partem habere cunctis ex bonis.

Quærũt enim quod ſibiipſis eſt bonũ: & hoc arbitrantur eſſe agendum. Ex hac igitur opinione eſt

nione eſt ortũ prudentes hos eſſe. Et tamen proprium uniuſcuiuſq; bonum non eſt for/ taſſe ſine rei familiaris gubernatione atq; ciui lis. Præterea quonã modo ſua ciuiliſq; admi/ ſtranda ſit res: non eſt manifeſtum atq; conſi derandum eſt. Indicatur id quod dicitur illo ſigno. Geometræ enim iuuenes & mathema tici ac ſapientes in talibus fiunt: prudentes au tem fieri nõ uidentur. Cauſa autem eſt: quod & ſingulariũ rerum eſt ipſa prudentia. Quæ quidem per experientiam notæ fiunt. Iuuenis autem non eſt expertus. Experientiam enim temporis efficit longitudo. Nam & hoc quiſ piam conſiderauerit: cur puer mathematicus quidem fieri poteſt. Sapiens autem aut natu ralis non poteſt. An quia mathematica qui/ dem ſunt per abſtractionem. Horũ uero prin cipia experientia inoteſcunt: & hæc quidẽ ado leſcentes nõ credunt ſed dicunt. Illorũ autem definitões nõ ſũt obſcuræ. Præterea pctm̃ qđ fit in cõſulendo aut circa ulẽ circa ſingulare fieri ſolet. Ignorare nãq; quiſpiã põt: aut om nes aquas ponderoſas eſſe prauas: aut hanc ponderoſam eſſe. Prudentiã aũt nõ eſſe ſcien tiam patet: eſt enim ut dictum eſt ipſius extre mi. Tale enim id quod cadit in actionẽ: oppo nitur igitur intellectui: hic enim eſt termino rum ratio quorũ nõ eſt. Hæc aũt eſt ultimi cu

ius non eſt ſcientia:ſed ſenſus non proprium quidem. Sed qualis eſt is quo ſentimus id qđ ultimũ in mathematicis eſt triangulum eſſe. Stabitur eni & ibi. Sed prudentia magis eſt hic ſenſus. Illius autem eſt alia ſpecies.

℄ Tractatus tertius. ℄ Caplm̃. I.

a T uero quærere ac cõſultare diffe- runt. Cõſultare nãq; eſt aliquid quærere. oportet autem & bona conſultatione quidnã ſit accipere: Vtrum ſcientia quædã ſit an opinio an conie ctatio bona:an aliquod aliud genus. Scientia igitur nõ eſt. nõ enim de iis quærunt quæ ſci- unt. At bona cõſultatio quædã eſt cõſultatio: qui uero conſultat quærit:rationemq; ſubdu- cit. Atqui neq; bona coniectatio eſt ipſa nãq; ſine ratione & cito fit. Ad cõſultationem ue- ro longũ temporis ſpacium adhibetur. Atq; aiunt celeriter quidẽ deliberata eſſe agẽda:cũ mora autẽ cõſulendũ. Præterea diuerſa ſunt ſollerita & cõſultatio bona. Sollertia uero bo- na quædam eſt cõiectatio. At neq; opinio ul- la eſt. Sed cum is qui male deliberat peccet: is autem qui bene conſultat rectæ deliberet con ſtat bonam cõſultationem rectitudinem eſſe quandam. Non autem ſcientiæ neq; opinio- nis. Scientiæ nãq; non eſt rectitudo: quippe cum neq; peccatum ſit:opinionis uero recti-

tudo ueritas eſt. Et inſuper determinatũ iam eſt id omne cuius eſt opinatio. At uero neq; ſine ratione eſt ipſa conſultatio bona. Deficit ergo a mente: hæc enim nondum eſt enuncia tio. Etenim opinatio nõ inquiſitio ſed quædã iam enunciatio eſt. Qui uero conſultat: ſiue bene ſiue male conſultet: quærit aliquid ratio nemq; ſubducit. Sed ipſa conſultatio bona: cõ ſilii quædam eſt rectitudo. Quapropter quæ rendum eſt primum quidnam ſit conſilium. & circa quid ipſum uerſetur. Cum uero mul tipliciter rectitudo dicatur: conſtat nõ omnẽ rectitudinem bonã conſultationẽ eſſe. Incon tinens enim & prauus id quod uidere propo nit attinget cogitando rationemq; ſubducen cendo. Quare recte quidem conſultabit. ma lum autẽ magnũ exiſtimabit. Bene uero con ſultaſſe: bonũ quoddã eſſe cõſtat. Talis enim rectitudo conſilii qua bonũ quiſpiam aſſequi poteſt bona eſt conſultatio. At poteſt quiſpiã & hoc ratiocinationẽ falſam attingere: & id quod facere aſſequi. Nõ autẽ p quod oportet ſed falſus medius terminus eſſe põt. Quare nec ipſa bona eſt cõſultatio: qua quiſpiã adipi ſcitur id quod oportet: nõ tñ per qđ oporte ret: ꝑterea fieri põt ut alius longo deliberans tpe id cõſequatur: alius cito. Igitur nec illa bo na eſt cõſultatio. Sed ea reductio bona eſt cõ

quiſpiã ratione conducentis aſſequitur quod oportet & ut oportet & cum oportet. Inſuper fit ut & abſolute quiſpiam bene conſultet & ad aliquem finem. Atq; bona quidem conſultatio abſolute eſt ea qua ad eum finem qui eſt abſolute finis pergitur recte. Quædam autem ea qua ad aliquem finem. Quod ſi bene conſultare prudentium: eſt conſultatio bonã rectitudo eſt ea qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finem: cuius ipſa prudentiã eſt exiſtimatio uera. ¶ Caplm. II.

e St & ipſa ſagacitas: cui cõtrarium eſt hebetudo. Quibus ſagaces dicimus ac hebetes nec idem omnino quod ſcientia aut opinio (Omnes enim ſciẽtes uel opinãtes ſagaces eſſent) nec ulla quædã ſcientia: ut aut medicina de ſanis: aut geometria circa magnitudines. Neq; enim de iis eſt quæ ſunt ſemp & non mouentur: neq; de quo uis eorum quæ fiunt: ſed de quibus dubitauerit quiſpiam aut conſultauerit. Quapropter eſt quidẽ de iis circa quæ uerſatur prudentia. nõ eſt autẽ idem ſagacitas & prudentia. prudentia nãq; ꝓceptiua eſt. Finis enim ipſius ẽ quidnã ſit agendũ aut nõ agendũ ꝓcipere. Sagacitas autẽ uis iudicandi duntaxat. Idẽ eſt enim ſagacitas & bona itelligentia: quippe cũ ſagaces ſint & boni itelligentes.

¶ Necꝗ autem habere necꝗ accipere pruden tiam eſt ipſa ſagacitas:ſed in opinationis uſu ad ea bene iudicanda de quibus eſt prudentia alio dicente conſiſtit. Fitꝗ hic perinde atꝗ cũ diſcipulus ea diſcit ac cõpræhendit:quæ a ſci entiam tradente præcipiuntur.

¶ Capitulum. III.

A uero quæ uocatur ſentẽtia qua bene ſentiẽtes homines dicimus: ſententiamꝗ habere:iudicium eſt rectum æqui & boni uiri. Cuius hoc iudicium eſt. Bonum enim & æquum ui rum ad ignoſcendum ꝓcliuem dicimus eſſe: & ueniã in aliquibus dare bonũ & æquũ eſſe.

¶ At uenia ſnia eſt iudicatiua recta æqui & boni uiri. recta aũt eſt ea quæ eſt ipſius uera cis. omnes aũt habitus nõ ſine ratione ad idẽ tendunt. Nã ſniam ſagacitatem prudentiã & mentẽ ad eoſdẽ afferẽtes:prudentes illos atꝗ ſagaces & ſniam habere mentemꝗ dicimus. omnes enim hæ potentiæ extremorũ ſunt ac ſingulariũ. Atꝗ idem ea ratione qua eſt ido neus ad ea iudicanda de quibus eſt prudens ſa gax eſt benecꝗ ſentiens:aut ad dandam ueniã aptus. Bona enim & æqua omnibus ſunt cõ munia bonis ea ratione qua ad aliũ tendunt: ſunt autẽ ſingularia & extrema ea omnia quæ agi poſſunt. Et prudentẽ oportet ipſa cogno

ſcere. Et ſagacitas & ſententia circa hæc ipſa uerſatur. Hæc autem ſunt extrema.

¶ Et intellectus extremorum eſt ad partem utrãq;. Etenim primorum terminorũ ad extremorum intellectus eſt & non ratio. Is quidem qui ad demonſtrationes attinet ĩmobilium terminorum atq; Primorum. Is autem qui in agendis rebus uerſatur extremi & contingẽtis atq; alterius ꝓpoſitionis. Hæc enim principia ſunt eius gratia cuius. Ex ſingulis enim oritur ipſum uninerſale: horum igitur ſenſum habere oportet: hic autem eſt intellectus. Quapropter & naturalia hæc eſſe uidentur. Atq; ſapiens quidẽ natura eſt nemo: ſententiam autem habet & ſagacitatem & intellectnm natura. Signum autem eſt nos hæc ætates etiam ſequi putare: atq; hæc ætas itellectũ & ſentẽtiam habet: tanq̃ cauſa ſit ipſa natura. Quocirca principium & finis eſt intellectus. Ex his enim & de his ipſæ demonſtrationes efficiuntur. Quare non minus eorũ qui ſunt experti: & ſeniorum uel prudentiũ in demonſtrabilibus ſentẽtiis opinionibuſue: q̃ ipſis demonſtrationibus mentẽ ad bibere oportet. quia nãq; iam experientia uiſum habent principia ipſa cernunt: quid igitur prudentia & ſapientia eſt: & ĩ qbus utraq; uerſat̃: & diuerſaꝝ animæ partiũ utrãq; uirtutẽ eſſe iã diximus.

¶ Tractatus quartus. ¶ Capl'm. I.

d Vbitauerit aũt quiſpiã ad quidnã habitus hi ſint utiles. Nam ſapientia quidem nihil eorum contemplatur ex quibus fuerit homo fœlix. Nullius enim eſt generationis: prudentia autem hoc quidem habet: ſed cuiuſnã gratia opus eſt ipſa. Si prudentia quidem eſt ea quæ circa iuſta & honeſta bonaq; homini uerſat. Hæc autem ſunt ea quæ uiri boni eſt agere: atq; ipſa ſciendo non magis ad agendum nos ſumus idonei ſi uirtutes ſunt habitus: quemadmodum nec ea ſana quæ non efficiunt bonam corporis habitudinẽ: ſed ab ipſa proueniunt. nõ enim magis apti ſumus ad hæc agẽda medendi artem aut exercendorum corporum facultatem habendo: quod ſi non horum gratia ſit ponenda prudentia: ſed ut ſtudioſi homines fiant: iis non fuerit utilis ſane qui iam ſunt ſtudioſi: at nec etiã iis qui ſtudioſi nõ ſunt: nihil enim refert ſiue ipſi habeant: ſiue aliis habentibus pereant: atq; hoc ſatis eſt nobis queãdmodũ & in ſanitate. Nã & ſi ualere uolumus: medicinã tamen nõ diſcimus. Inſuper abſurdũ ſane uidebitur ſi prudentia quæ quidem eſt inferior ſapientia: ſit magis domina q̃ ipſa magiſq; princeps: nam ea quæ agit: dominatur in ſingulis atq; iubet.

¶ De his igitur eſt dicendũ: nunc enim de ipſis dubitauimus tantũ. Primũ itaq; dicimus has expetendas neceſſario p ſeipſas eſſe: quippe cum ſint partium utrarũq; uirtutes: etiam ſi neutra ipſarum quicq̃ efficiat. Deinde & faciunt quidem. At nõ ut medicina ſanitatem: ſed ut ſanitas ſic ſapientia fœlicitatem. nam cum ſit pars totius uirtutis fœlicem efficit ex eo quia habetur ac operatur. Præterea opus ipſum & per prudentiam & per uirtutem moris efficitur. Et enim uirtus quidem ꝓpoſitũ ipſum efficit rectum: prudentia autẽ ea quæ in illud perducunt. Quare autẽ partis animæ quæ quidem eſt principium uegetandi nulla eſt talis uirtus; quippe cũ in ipſa ſit agere aut nõ agere ſitum. De eo uero quod dictum eſt non eſſe magis aptos ob prudentiam homines ad honeſta iuſtaq; agenda: paulo altius incipiendum eſt; hoc principio ſumpto. Nam ut & iuſta agentes quoſdam nondum iuſtos eſſe dicimus: ut eos qui faciunt ea quæ legibꝰ ſunt inſtituta inuiti uel ob ignorationem uel ob aliquid aliud & non ob ipſa: & ſi agunt ea quæ oportet & quod uirũ oportet agere ſtudioſum: ſic ut uidetur agere ſingula unumquẽq; oportet modo quodam affectũ: ut ſit homo bonus ob electionem inquam & ipſorum grã quæ aguntur. Electionem igitur

rectam efficit uirtus. Sed ea quæ illius gratia ſunt agenda non ſunt ipſius uirtutis ſed ad aliam potentiam ſpectant. Dicendum autem de ipſis dilucidius eſt. Et igitur quædam potentia: quã habilitatem uocãt. Hæc talis eſt ut ea poſſit agere atq; attingere quæ ad ſuppoſitã intentionem conducunt. Si igitur propoſitum ſit honeſtum: laudabilis eſt. ſin improbum: uerſutia eſt: Quapropter & ipſos prudentes habiles & uerſutos dicimus eſſe. Ipſa uero prudentia non eſt quidem hæc dicta potentia. Non tamen eſt ſine ipſa. Habitus autẽ ipſe huic oculo imprimit̃ animæ. neq; abſq; uirtute ſicut diximus: atq; conſtat ratiocinationes enim agendarum rerum principium habent cum talis ſit ipſe finis & ipſum optimum quicquid tandem ſit illud. Sit autẽ uerbi gr̃a quiduis. hoc autem non niſi bono uiro uidetur. Prauitas enim peruerterit: facitq; ut circa principia rerum agendarum homo fallatur. Quare patet prudentem neminem eſſe poſſe niſi ſit bonus.

ℂCapitulum. II.

c Onſiderandũ eſt iterum & de uirtute. Etenim ut prudentia ſeſe habet ad habilitatem quæ nõ eſt idẽ ſed ſimile: ſic & ꝓprie uirtus ſeſe

habet ad naturalem uirtutē. Omnibus enim ſinguli mores ineſſe quodāmodo natura uidenť. Etenim & iuſti natura forteſq; atq; ad temperantiam nati apparent: cæteraq; conti nuo habemus ex ipſo ortu. Sed eſſe tñ quærimus aliquid aliud: quod eſt proprie bonum: & talia modo alio nobis ineſſe: pueris enim ac beluis naturales habitus inſunt. Ad abſq; mente nocere uidentur. Atq; ut robuſto fit in corpore ſine oculis ſe mouente (errat enim ueheměter ex eo qa nō habet uiſum) ſic & hic accidit. Si uero mentē acceperint i agendo dif fert. Atq; habitus ille ſimilis tunc erit ꝓprie uirtus. Quare ut i opinatiuo duæ ſunt ſpecies habilitas atq; prudentia: ſic & in morali ſunt duæ: una naturalis uirtus: altera proprie uirtus. Atq; harū ea quæ eſt proprie uirtus non fit ſine prudentia. Quapropter inquiunt uir tutes omnes prudentias eſſe. Et Socrates par tim recte quærebat: partim peccabat.

℄ Peccabat quia uirtutes omnis prudentias eſſe putabat: bene dicebat ꝙ non eſſe ſine pru dentia ipſas aiebat. Hoc aūt huius indiciū eſt. Etenim nunc oēs cū uirtutē definiunt dicentes ipſam habitū eſſe & afferētes ea circa quæ uerſatur: addunt: ſm rectā rationē. At recta eſt ea quæ eſt ſm prudentiā. Videntur igitur omnes uaticinari quodāmodo talem habitū

eſſe uirtutẽ q̃ eſt ſm prudentiã. Oportet aũt parũper migrare. Eſt enim is habitus uirtus: qui nõ ſolum eſt ſm rationem rectã: ſed cũ recta etiã ratione. Recta autẽ de talibus ratio ipſa eſt ſane prudentia. Socrates igitur uirtutes ipſas rationes eſſe arbitrabat̃. Omnes enim ſciẽtias eſſe dicebat. at nos cũ rõe eẽ cẽſem us. Patet igit̃ ex dictis fieri nõ poſſe ut ſine prudentia ſit homo ꝓprie bonus: & abſq; morũ uirtute prudens. At enim & ea ratio qua q̃ſpiam diſſeruerit ſaparari uirtutes hinc ſolui poteſt. Nõ enim idẽ ad oẽs ſuſcipiendas aptiſſimus eſt ingenio. quare aliã iam accepit: aliam nõdum accepit. Hoc enim in naturalibus quidem uirtutibus fieri põt. At in iis q̃bus abſolute dr̃ homo bonus fieri nequit. Etenim cũ prudentia q̃ eſt una ſimul inerunt uniuerſæ. Conſtat aũt & prudentia opus eſſe etiã ſi nõ eſſet actiua: q̃a partis eſt uirtus. Et ſine prudẽtia ſineq; nirtute electionẽ rectã nõ fore. Altera nãq; finẽ: altera ea q̃ ſunt ad finem agere facit. At uero neq; ſapientiæ præeſt: neq; p̃ſtabilioris eſt partis: ſicut neq; ars medendi p̃ſidet ſanitati: nõ enim utitur ipſa: ſed uidet ut fiat. Illius igitur gratia nõ illi iubet. Præterea ſimile eſt & ſi quiſpiã facultatẽ ciuilẽ principem eſſe deorũ dicat: ꝓpterea qꝫ p̃cipit de omnib⁹ quæ agunt̃ in ciuitate. ¶ Finis ſexti libri.

¶ Incipit liber ſeptimus ethicorum.

¶ Tractatus primus. ¶ Caplm̄.I.

POſt hæc dicendū eſt:alio ſumpto principio : tres eſſe ſpecies erom quæ circa mores ſunt fugienda. Vitium incontinentiam feritatem. Atq; contraria quidem duobus manifeſta ſunt: Aliud enim uirtutem:aliud cōtinentiam appellamus. Ad feritatem autē & immanitatem maxime uirtutem eam cōuenit dicere quæ eſt ſupra nos Heroicam inquam quandam atq; diuinā ut homerus de Hectore propterea quod eximia bonitate præſtabat dicentem priamum induxit.

Nec iam hominis ſane mortalis filius ille.
Eſſe uidebatur ſed diuo ſemine natus.

Quare ſi ex hominibus ob uirtutis excellentiam dii fiunt aut aiunt ; talis quidā is habitus fuerit:qui feritati opponitur . Et enim ut fere neq; uitium eſt neq; uirtus:ſic neq; dei ſed hec quidē p̄ſtabilius eſt uirtute: illa autē diuerſum quid a uitio genus. Atq; ut raro fit uirū eſſe diuum:ut appellare Lacones conſueuere: cum ualde aliquem admirantur(dicunt enim uir diuus hic eſt)ſic & ferus atq; immanis eſt inter homines raro. Maxime uero īter natio-

nes Barbaras eſt Fiunt aũt quidam tales & ob morbos.leſioneſq; principii.Et eos etiam ho mines qui in uitiis exuperant hac infami con= ſueuimus:appellatione notare. Sed de tali q= dem diſpoſitione mẽtio aliqua poſterius fiet. De uitio uero prius eſt dictum.

Nunc de incõtinentia mollitie luxuq; & decõ tinẽtia atq; cõſtantia eſt dicendũ.Neq; enim ut idẽ quod uirtus & uitiũ:neq; ut diuerſum genus hæc ſunt putanda. Atq; ut in cæteris ægimus afferre ea quæ uidenẽ oportet:& du= bitare primũ.Deinde oĩa quæ ꝓbabilia ſunt aut ſaltẽ plurima maximeq; ṗcipua circa hos affectus oſtẽdere.Nã ſi ſoluanẽ quidẽ ea quæ difficultatẽ afferunt:relinquantur aũt ea quæ ꝓbabilia ſunt:ſatis ſane fuerit demonſtratũ.

℄ Videtur itaq; cõtinentia qdẽ conſtantiaq; ſtudioſa eſſe ac laudabilis:Incõtinẽtia uero & mollities parua uituperabilis:& idẽ eſſe cõti= nens & i ratione pſiſtens:& idẽ etiã incõtinẽs & rationẽ egrediens.Et incõtinens qdem im proba ſciens improba eſſe agit ob pturbatio nem.Cõtinens aũt cupiditates ſciens prauas eſſe nõ ſequitur ob rationẽ.Et tẽperantẽ qdẽ cõtinentẽ eſſe aiunt atq; cõſtantẽ.Talem au= tem alii temperantẽ eſſe omnem:alii nulllũ di cunt.Et item intemperantẽ incontinentẽ eſſe & incontinentem intemperantẽ confuſe:non

nunq̃ diuerſos inquiunt eſſe. Interdum etiã ipſum prudentem incõtinentẽ eſſe nõ poſſe. interdum nõnullos homines qui prudentes ac habiles ſunt incõtinentes eſſe dicunt. Præterea incõtinentes & iræ & honoris & lucri dicuntur. Ea igitur quæ dicuntur: hæc ſunt.

¶ Capitulum. II.

d Vbitauerit autem quiſpiã: qui fit ut recte aliq̃s exiſtimãs agat icõtinenter ſcientẽ igĩ inquiunt quidã impoſſibile eſſe. Nam abſurdum eſt ut arbitrabaẽ Socrates: ſi ſcientia inſit aliud quippiam uincere & ipſum perinde atq̃ mancipium trahere Socrates enim omnino cõtra õmẽ ipſam pugnabat: incontinentiãq̃ exterminabat. Neminem enim exiſtimantem præter id quod eſt optimũ agere: ſed ob ignorationẽ dicebat. Hæc igitur ſentẽtia iis aduerſatur q̃ manifeſte apparẽt. Atq̃ quærere oportet quiſnam in ipſa pturbatione: ſi ob ignorationem agit: ignorationis ſit modus. Cõſtat enim incontinentem nõ putare illud eſſe bonum anteq̃ in perturbatione ſit conſtitutus. Sunt aũt qui hæc partim concedunt: partim non cõcedunt. Etenim ſcientia quidẽ nihil ualidius cõfitentur. At huic nõ aſſentiuntur neminem agere p̃ter id quod uiſum eſt melius.

Quapropter inquiunt incontinentem a uoluptatibus ſuperari nō ſcientiam quidem ſed opinionem habentem. At uero ſi ſit opinio non ſcientia:neq; uehemens exiſtimatio quæ reſiſtit:ſed remiſſa ſicut in ambigentibus uenia danda eſt ſi non in his perſiſtit aduerſus uehementes cupiditates. At prauitati non eſt uenia danda:nec aliorum cuiq̄ quæ uituperabilia ſunt. Eſt ne igitur id quod reſiſtit prudentia. Hæc enim eſt ualidiſſimum. At eſt abſurdum: erit enim idem prudens atq; incontinens ſimul. Nemo autem dixerit prudentis eſſe ea ſponte agere quæ prauiſſima ſunt: & inſuper demonſtratum eſt antea prudentem aptum ad agendum eſſe. Et enim quidam extremorum & cæteras uirtutes habere: præterea ſi continens eſt ex eo quia uehementes ac prauas habet cupiditates:neq; temperans continens erit neq; continens temperans. Et enim neq; uehementes habere cupiditates neq; prauas eſt temperantis. At oportet: nam ſi cupiditates ſint bonæ: prauus eſt habitus ille qui prohibet non ſequi. Quare non omnis cōtinentia eſt ſtudioſa. Sin imbecilles & non prauæ:non eſt quid ægregium: nec etiam magnum quid ſi ſint prauæ ac imbecilles. Præterea ſi continentia in quauis opinione facit perſiſtere:praua eſt ut ſi & in falſa.

Et ſi iucontinentia a quauis opinione dimo-
uet: erit aliqua incontinentia ſtudioſa: quale
fecit. Neoptolemus apud Sophoclem in Phi
loctete. Eſt enim laudabilis quia non perſiſtit
in iis quæ ſuaſerat Vlyxes ob mentiendi dolo
rem. Præterea captio mentiens dubitatio eſt.
Quia nãq; admirabilia p̃terq; opinionem ſo-
phiſtæ inferre uolunt redarguendo: ut cũ at-
tigerint uideantur acuti: ratiocinatio facta du
bitatio fit. Ligatur enim mens cũ manere qui
dem non uult: quia concluſio non placet: pro
cedere autem non poteſt: quia ratione ſolue-
re nequid. Fit autem aliqua ratione ut impru
dentia cum incõtinentia ſit uirtus. Qui nãq;
habet utrũq;: coutraria iis quæ exiſtimat ob
incontinentiam aget. Exiſtimat autem bona
eſſe mala: & agere non oportere. quare bona
aget & nõ mala. Præterea qui perſuaſus agit
uoluptateſq; ſequitur atq; eligit: melior eo ui
debitur eſſe qui non ob rationem ſed ob incõ
tinentiam agit. Nam facilius curari poteſt:
quippe cum poſſit illi diſſuaderi. At inconti-
nens obnoxius eſt ei ꝓuerbio quo dicimus.
Quid inſuper bibere opus eſt: cum ſtrangu-
lat aqua? Etenim ſi nõ perſuaſum eſſet ipſi ea
non agenda eſſe quæ agit: diſſuaſus tandem
ceſſaſſet. Nunc uero pſuaſum eſt ei & nihilo-
minus talia agit. Inſuper ſi circa uniuerſa con

tinentia ſit

tinentia ſit atq; incontinentia: quiſnam ſit ille qui eſt incontinens abſolute. Nemo enim habet continẽtias omnis. Dicimus autem quoſdam ſimpliciter incontinentes eſſe.

¶ Tales igitur quædam hac in materia dubitationes emergunt. Horum autem alia tollere: alia relinquere oportet. Dubitationis enĩ ſolutio intentio eſt. ¶ Capitulum. III.

P Rimum itaq; conſiderandum eſt ſi incõtinentes ſcientes agant: nec ne: & quonã modo ſciẽtes. Deinde circa quæ ſit incontinens ponẽdus & continens. Vtrum circa uoluptatẽ omnem atq; dolorem; an circa definitas quaſdã uoluptates atq; dolores. Et utrum idem ſit an diuerſus continens atq; conſtãs. Similiter & de cæteris quæ ad hanc attinent cõtemplationem. Eſt autem conſiderationis initium: utrũ continens & incontinens: iis circa quæ uerſantur differant an modo. Dico autem ſic utrum incontinens ex eo ſolum ſit continẽs: quia circa hæc uerſat̃: an nõ: ſed ipſo modo: an utriſq; Deinde ſi continentia & incontinẽtia ſint circa uniuerſa: nec ne. neq; enim circa omnia uerſatur iis qui eſt incontinens abſolute: ſed circa ea circa quæ eſt intemperans neq; ſimpliciter ſeſe habet ad illa. Eſſet enim incontinentia ac intemperantia idem: ſed hoc modo: Nam ille

quidem eligens ducitur putans ſemper oportere perſequi uoluptarē præſentē. Incōtinēs autem non putat quidē perſequit̄ tamen. Si itaq; uera ſit opinio ſed non ſcientia qua tranſgredientes incōtinenter hoīes agunt: nihil refert ad rōnem. nōnulli nāq; eoꝝ qui opinant̄ nō ambigunt: ſed arbitrant̄ exacte eū ſcire. Si igit̄ opinantes ex eo quia remiſſe credunt magis q̄ ſcientes contra ſuam agent exiſtimationem nihil differret ab opinione ſciētia. Sunt enim qui non minus opinioni ſuæ q̄ alii ſuæ ſcientiæ credunt: ut ex Heraclito patet.

¶ Sed cum dupliciter dicatur ſcire (nam & iis qui ſcientiam quidem habet non autē utitur ipſa & iis qui utitur dicit̄ ſcire) hæc inter ſeſe different: habentem ac inquam ſcientiam ac non contemplantem & habentem contemplantē: agere ea quæ agere non oportet. Hoc enim uidetur abſurdum. Sed non ſi agat non contemplando. Præterea cum propoſitionū duo ſint modi, nihil prohibet ut quiſpiā agat contrarium eius quod ſcit: ſi habeat quidem utraſq; uniuerſali tamen & nō particulari ꝓpoſitione utatur. Nam ea quæ agūtur ſingularia ſunt. Differt autem & ipſum uniuerſale: nam aliud eſt in ipſo: aliud in re: ut omni homini ſicca conducunt: & hic eſt homo; uel ſic-

cum eſt quod eſt tale. Sed ſi hoc ſit tale: aut nõ habet: aut non operaẽ. Magna igitur per hos emerget utiq; differentia modo: atq; adeo ut hoc quidẽ modo nõ abſurdum eſſe: alio uero modo mirabile uideaẽ. Præterea fit ut hoĩes ſcientiã habeant alio modo q̃ nuper diximus Nam in habendo quidẽ: ſed nõ in utendo dif ferentem cernimus habitum ut quiſpiam & habeat quodãmodo & nõ habeat ipſum: qua lis eſt dormiẽs & furens ac ebrius. At hoc mo do diſponuntur ii qui ſunt in perturbationes cõſtituti: nam ire & cupiditates ueneree cæte raq; ſimilia corpus etiã manifeſte permutant atq; nõnullos & in furorẽ ac inſaniã adigunt. Patet igiẽ dicendũ eſſe incontinentes perinde ſeſe habere atq; hi ſunt affecti. Dicere autẽ eas ſententia quæ a ſcientia proficiſcuntur nullũ eſt ſignũ. Etenim ii qui ſunt in hiſce perturba tionibus cõſtituti demõſtratiões & carmina dicunt Empedoclis. Et qui primũ diſcunt: ne ctunt quidẽ orationes: ſed nondũ ſciũt. Opor tet enim ipſorũ inſideant menti ad qđ tẽpore opus eſt. Quare putandum eſt ut hiſtiones poemata recitant: ſic & incõtinenter agentes ſententias dicere. Inſup & hoc modo quiſpiã naturaliter inſpexerit cãm. Opinionũ eni alia eſt uniuerſalis: alia de ſingularibus qbus iam

Ipſe præſidet ſenſus. Atq; cum ex ipſis ratio fuerit una:anima concluſum ipſum in contẽplandis quidem dicat:in agẽdis autem rebus continuo agat neceſſe eſt. nam ſi omne dulce guſtare oportet: & hoc eſt dulce ut unũ quid ſingulariũ: is hoc ſimul & agat qui poteſt nec prohibetur neceſſe eſt. Cum igitur una quidem uniuerſalis ineſt opinio guſtare uetans. Alia uero dicit oẽ dulce uoluptatẽ afferre: & hoc eſſe dulce:hæc aut operat̃:atq; ineſt forte cupiditas. illa qdẽ hoc fugere dicit. Cupiditas aũt ducit:mouere. n. ſingulas partes põt. q̃re fit ut a rõne quodãmodo & opinatiõe incõtinenter agatur:non tamen per ſe cõtraria:ſed per accidẽs. Cupiditas enim recte rationi ſed non opinatio aduerſatur. Quare & propter hoc beſtiæ non ſunt incontinentes: quia non uniuerſale exiſtimatiõem ſed ſingulariũ imaginationem atq; memoriam habẽt. Quomodo autem ſoluitur ignoratio ac rurſus fit incõtinens ſciens:eadem eſt ratio & de ebrio & dormiente:& non eſt huius propria perſcrutationis: quam quidem a naturalibus audire oportet. Cum autem ultima propoſitio rei ſit ſenſibilis opinatio:atq; actuũ domina:hãc incontinens aut non habet dudum eſt in perturbatione: aut ſic ſe habet ut in habendo nõ ſit ſcire:ſed dicere pinde atq; temulentus Em

pedoclis carmina profert. Et qa terminus extremus non eſt uniuerſalis nec ad ſciētiam ut uniuerſalis attinet: atq; id accidere uidetur qđ Socrates quærebat. Non enim ea quæ ꝓprie ſcientia eſt præſente fit perturbatio nec ipſa ob perturbationem diſtrahitur: ſed ſenſitiua. De his igitur ſi ſciens inquam incontinēs an non ſciens & quonam modo ſciens incontinēter agat: tot a nobis ſint dicta. ¶Ca. IIII.

u Trum ſit aliquis incontinēs abſolute: an aliqua ex parte ſint omnes & ſi ſit: in quibuſnam ſit dicēdum deinceps eſt. Patet igiẽ continens atq; conſtantes & incontinentes ac molles circa uoluptatem doloreſq; uerſari. Quoniā eorum quæ uoluptatem efficiūt: alia ſunt neceſſaria. alia per ſe quidem expetibilia ſunt: exuperationem autem habent. Atq; neceſſaria q̄dem dico: quæ ad ipſum pertinēt corpus: alimentum inquā: ueneris uſum: & huiuſmodi cætera: circa quæ temperantiam intemperantiamq; poſuimus. Nō neceſſaria uero: per ſe autem expetibilia: uictoriam: honorem: diuitias: & quæ ſunt ſimilis generis: quæ bona ſūt & delectāt. Eos q̄dē qui in his ꝑter rectā rōnē quæ eſt in ipſis exuperant abſolute quidē incōtinentes non dicimus: ſed hæc addentes pecuniarum incontinētes & lucri & honoris &

iræ dicimus ut diuerſos & ſimilitudine nomē idem habentes:ut homo qui ludo in Olympi co uicit. Cōmunis enim ratio parum ab illius ratione propria differebat. attamē erat diuer ſa. Atq; huius ſignum eſt illud. nam incōtinē tia quidem non ſolum ut delictum ſed etiā ut quoddam aut ſimpliciter aut aliqua ex parte uitium uituperatur. At horum nemo: eorū autem qui circa corporis uoluptates uerſanť: in quibus temperantem intemperantēq; po nimus qui non eligendo ſed præter electionē ac mentem efficiētium quidem uoluptatem exuperationes perſequitur:dolorem autē in- ferētium fugit. famis:ſitis:æſtus:frigoris: & omnium quæ ad tactum guſtumq; pertinēt: is non additione circa hæc inquā ut circa irā: ſed abſolute ſolum incontinens dicitur:cuius hoc indicium eſt. Circa nāq; has uoluptates & non circa ullam illarum incontemperātes dicuntur. Et propterea in eodem incontinen tem ponimus & intemperantem:& continē- tem ac tēperantē:ſed illorū neminē:quod cir- ca uoluptates eaſdem quodāmodo doloreſq; uerſanť. Atq; ſunt quidē hi circa hæc eadē:ſed nō eodē modo. Sed illi quidē eligunt:hi uero nō eligūt. Quapp poti⁹ eū intēperantē dixe- rimus:q nō cupiens aut remiſſe exuperatio- nes uoluptatum perſeqūiť: ac mediocres fu-

git dolores q̃ hunc qui ob uehementes cupiditates eadem agit. Quid enim faceret ille ſi capiditas adueniret ingens & circa rerum neceſſariarum indigentiam uehemens dolor.

¶ Cũ autẽ cupiditatũ ac uoluptatũ: aliæ genere ſint honeſtæ ſtudioſæꝗ: aliæ nõ ſint. Eorũ eni quæ uoluptatẽ efficiũt quædã expetibi ia ſunt natura: quædã hiſce contraria: quædã media quẽadmodũ prius diſtinximus: ut pecuniæ: lucrũ: honor: uictoria: in oĩbus talibus atqꝫ mediis non ex eo uituperant̃ homines: qa his afficiunt̃ cupiũt atqꝫ amant: ſed ob modũ: & qa exupant. Quapp qui ꝑter rõnẽ aut uincunt̃ aut ſequunt̃ qppiã eoꝝ quæ natura ſunt honeſta & bona nõ laudant̃: ut ii qui circa honorẽ magis q̃ oporteat ſtudent: aut erga filios & parentes. Etenim bona ſunt hæc: & laudant̃ qui circa hæc ſtudẽt. Attamẽ eſt & in his exuperatio quædã: ſi qſpiã ut niobe & aduerſus deos cõtẽderet aut ſic erga patrẽ affi ceret̃ ut Satyrus ille qui patris amator appellabat̃: inſanire nãqꝫ nimiũ uidebat̃. Circa igit̃ hæc nulla eſt prauitas: ꝓpterea ꝙ unũquodqꝫ p ſe ut diximus natura eſt expetibile. Exuperationes tñ ipſoꝝ improbæ ſunt ac fugiẽdæ: ſimiliter: nec incontinentia. Etenim incontinentia nõ ſolũ eſt fugienda ſed etiam uituperanda, ob perturbationis aũt ſimilitudinẽ ad-

iungẽtes ſingula incõtinentiã circa unũ qdq; dicũt:ut malũ medicũ aut malũ iſtrionẽ; quẽ abſolute nõ dicerent malũ. Vt igĩ neq; hic ab ſolute dicĩ malus:quia nõ eſt uitiũ quicq̃ ipſorũ:ſed rationũ cõparatione ſimile; ſic ut illic ſolam exiſtimandum eſt incontinentiã & continentiam eſſe:quæ in iis eſt circa quæ tẽperantia intemperantiaq; uerſatur.

¶ Circa aũt iram per ſimilitudinẽ dicimus. Quapropter & ipſam addentes incõtinentẽ dicimus ire quemadmodum & honoris & lucri.

¶ Capitulum. V.

c Vm autem quædam natura uoluptatem efficiant:quorum alia ſimpliciter: alia generibus animaliũ uoluptatẽ atq; hominũ afferunt: quædã nõ natura:ſed partim ob morbos:partim ob cõſuetudinem:partim ob naturas prauas delectẽt:licet & circa horum ſingula ſimiles habitus cernere. Dico autem ipſos immanes ut muli erem illam quam grauidas reſcindentem fœtus deuorare aiunt; aut qualibus ferunt nonnullos circa pontum efferatos homines delectari:quorum alios inquiunt crudis alios humanis carnibus gaudere. alios ſuos filios in conuiuiis comedendos mutuo dare:aut id quod de Phalaride dicitur. Atq; hi quidem ferini habitus ſunt; Alii autem qui

buſdam ob morbos & ob inſaniam fiunt:ut q̄
mactauit matrem atq; comedit:quiq; cõſerui
iecur item comedit. Alii ſũt ex morbo uel ex
conſuetudine:ut euulſiones pilorũ & unguiũ
eſus:& carbonũ & tærræ & inſuper uenereorũ
habitus maribus. Aliis.n. natura aliis ex cõſue
tudine accidũt:ut iis q̄ a pueritia conſueſcunt.
Quibus igitur cã eſt natura:eos nemo dixerit
incõtinẽtes:quẽadmodũ neq; mulieres q̄ nõ
fut uũt ſed futuunt̃:pari mõ neq; eos q̄ ob cõ-
ſuetudinẽ morboſe ſe hñt. Igit̃ ſingula q̄dem
hæc hr̃e:extra fines eſt uitii:quẽadmodũ & ip
ſa feritas. Hñtẽ aũt uincere aut uinci:non ẽ ea
q̃ abſolute ẽ cõtinentia aut incõtinẽtia. Sed ea
q̃ p ſil'itudinẽ dicit̃. quẽadmodum & is q̄ circa
irã ſic ſe hẽt dicendus ẽ cũ affectu & nõ incõti-
nens abſolute. Oẽ nãq; uitiũ exupans & demẽ
tia & timiditas & intpantia & acerbitas: aut ẽ
ferinũ:aut ex morbo. Nam q̄ talis ẽ natura ut
uniuerſa formidet:ẽt ſi obſtrepuerit ſorex ti-
midus eſt timiditate feria. Quidam ẽt fellẽ ob
morbũ ptimeſcebat. Et dementiũ q̄ natura q̄-
dẽ rõne carent ſenſuq; tantũmõ uiuunt ĩmães
ſũt:q̄les nõnullæ natiões ſũt lõge habitãtium
Barbarorũ. Qui uero nõ natura ſed ob mor-
bos aut comitialẽ aut iſaniã ii ſũt morboſi. Fie
ri ãt põt ut horũ aliq̃ q̄ſpiã iterdũ hẽat tm̃: ſed
nõ ſuperet̃ ut ſi phalaris puerũ pcupiẽs come-

dere ſeſe detineret:aut ab nefanda libidine abſtineret. Fit etiam ut nõ ſolũ habeat: uerũ etiã ſupeꝛ. Vt igiꝛ & prauitas ea qdẽ q̃ eſt humana abſolute dr̃ prauitas:alia uero cũ additione ferina inquã aut ex morbo & nõ abſolute: ſic & incõtinẽtia alia eſt ferina:alia ex morbo. Abſolute aũt ea eſt ſola q̃ intẽperãtiæ humãæ nõ egrediꝛ fines. Perſpicuũ igiꝛ ẽ:icõtinẽtia & cõtinẽtia in iis eẽ dũtaxat circa q̃ itẽperãtia tpantiaq; uerſaꝛ:& in cæteris ſpẽm aliã icõtinẽtiæ eſſe:q̃ qdẽ nõ abſolute:ſed ꝑtrãſlationẽ incõtinẽtia dici ſolet.

Capitulum. VI.

P Oſt hæc minus eſſe turpem iræ q̃ cupiditatũ incõtinẽtiã oſtẽdam⁹: ira nãq; aliq̃ ex ꝑte & nõ ꝑfecte rõnem audire uideꝛ. ꝑinde atq; ueloces miniſtri q quidẽ antea q̃ totum id audirẽt qđ dicitur excurrũt:deinde in agendo aberrãt Canes ẽt anteaq̃ conſiderent ſi ſit amicus ſi tm̃ pulſauerit oſtium latrant. Sic & ira ꝓpter caliditatem cæleritatemq; naturæ audita qdẽ rõne nõ præcepto ãt audito ad ipſam ꝓperat ultionem. Rõ nãq; uel imaginatio contumeliã aut ꝑuipenſionem eſſe oñdit:illa ãt ac ſi ratiocinatione facta cõcluſerit oportere tali bellum inferre ſtatim inſurgit.

¶ At cupiditas ſi ſolum dixerit rõ aut ſenſus hoc afferre uoluptatem ꝑgit ad fruendũ; q̃re

ira qdem ſeqtnr quodãmõ rõnem. Cupiditas autẽ nõ ſequitur: turpior igiť ẽ. Nam incõtinens quidẽ iræ a rõe quodãmõ uinciť: cupiditas ãt non eſt rõne ſed a cupiditate. pᷓterea magis eſt ignoſcendum. ſi qſpíã naturales appetitiones ſequať qppe cum & cupiditates tales ſequẽti q̃ ſũt oĩbus cões & quo ad cões ſũt uenia magis detur. At ira atq; acerbitas magis ẽ naturalis q̃ hæ cupiditates q̃ exuperant & q̃ nõ ſũt neceſſarie. Vt q ſe excuſabat ꝙ patrem pulſaret: & hic enim dixit ſuum patrem pulſabat: & ille ſuum. Et hic ẽt oſtenſo puero cũ uir fuerit me pulſabit: eſt eni nobis gẽtile. Et q trahebať a filio ſiſtere iubebat in oſtio. Et ſe enim patrẽ eouſq; traxiſſe dicebat. Præterea iniuſti magis ſunt ii q magis occulte ꝓcedũt ac íſidias faciũt. Iracundus igitur nõ inſidias facit: nec ira: ſed eſt manifeſta. Cupiditas autem cõtra: queãdmodum uenerem aiũt. nam ipſam dolos nectere dicũnt: & Homerus Balteũ ipſi tribuit: ĩ quo fraudẽ etiam ĩeſſe dicit. Fraus quoq; ineſt quæ prudentem perſæpe fefellit.

Quare ſi cupiditas magis ſit iniuſta q̃ ira & icõtinentia quæ eſt circa ipſam turpior erit ea que eſt circa iram: & abſolute incõtinẽtia atq; quodammodo uitium: Inſuper nemo utitur libidine dolẽs: ſed qui facit p irã: dolẽs oĩs facit: qui uero exequitur libidinem: id facit cum

uoluptate. Si igiť ea ſunt magis iniuſta qbus iraſci magis ē iuſtum: & incontinentia ꝑfecto q̄ fit ob cupiditatē: magis erit iniuſta. nō ē eni in ira libido. Incōtinētiā igiť circa cupiditates turpiorē eſſe incontinentia circa irā. & cōtinētiam atq; intontinentiā circa corporis cupiditates uoluptateſq; uerſarii: ex iis q̄ diximus ꝑſpicuū euaſit. Harū aūt ipſaꝝ differentiæ ſunt ſumendæ. Nā ut ab initio diximus: aliæ ſūt humanæ ac naturales & genere & magnitudine: aliæ ferinæ: aliæ oblabefactatū principiū atq; morbos emergūt. Circa autē haꝝ tm̄mō primas tēperantia intemperantiaq; uerſať. Quapropter & feras nec tꝑatas nec intemperatas niſi p tranſlationē dicimus: & ſi qď oino aliud genus animaliū ab alio differt petulantia coitu uoracitateq;. Nō enim hn̄t electionē nec rōnem: ſed dimote ſunt a natura. Peride atq; homines ii q ſunt mēte capti atq; inſani. Feritas autem minus eſt malum q̄ uitium. ſed terribilius. Non enim corruptū eſt id quod eſt optimum ut in homine: ſed non habet. Fit igitur peride atq; ſi quiſpiam inanimatum cum animato cōpararet utrum ſit peius. Semper eni prauitas eius quod non hēt principiū minus nocere poteſt; at mens eſt principium. Perinde eſt igiť atq; ſi quiſpiam iniuſtitiā ad iniuſtū hominē compararet. Eſt enim utrunq; aliquo

modo peius. Homo nãq; malus milies plura mala q̃ fera facere poteſt. ℂ Capitulũ. VII.

ſIt ut circa uoluptates doloreſq; p tactũ guſtũq; & cupiditates ac fugas: circa quæ uerſari temperãtiã & intemperantiam prius eſt definitum: ita ſeſe habeat quiſpiã: ut aut ſuperetur ab iis ipſis que pleriq; ſuperant homines: aut ſuperet ea ipſa a quibus pleriq; uincuntur. At q;ſi circa uoluptates ita ſeſe habeat: primo quidem modo icõtinẽs eſt: ſecundo aũt cõtinens. Sin circa dolores: primo quidẽ modo mollis eſt: ſecũdo aũt cõſtans. In hoꝝ aũt medio plurimoꝝ hoium habit⁹ collocañ & ſi ad deteriores magis declinant. Sed qm̃ q̃dã uoluptates ſũt neceſſariæ: q̃dã ñ neceſſariæ: & uſq; ad quẽdam terminũ. Exuperationes uero defectuſq; non ſunt neceſſarii. Et ſimili modo res ſeſe habet & in cupiditatibus atq; doloribus: qui uoluptatum exuperationes: aut exuperantes uoluptates ob electonem atq; ob ipſas & ob nullam rem aliam inde prouenientẽ pſequiñ intemperans eſt. Hunc. n. non penitere neceſſe eſt. quare eſt incurabilis. Quẽ enim nõ penitet: is eſt incurabilis. Qui uero deficit oppoſitus eſt. At qui inter hos medius collocañ temperans eſt. Similiter intẽperans eſt: & qui nõ q̃ uinciñ: ſed ob electonẽ dolores corpis fugit

Eoꝝ aũt q nõ eligũt:alius ob uoluptatẽ. alius ob eius fugã doloris q a cupiditate ꝓuenit du citur:q̃re inter ſeſe differunt. cuilibet enim de terior eẽ uidebitur ſiqs non cupiens aut remiſ ſe:qppiã ageret turpe:q̃ uehementer cupiẽs & ſi nõ iratus pulſaret:q̃ concitatus ira. Quid eni ageret:ſi eẽt in perturbatiõe. Quapp intẽ perans incõtinẽte deterior ẽ. At eoꝝ quos di ximus alter mollitiæ magis ſubiicit̃ ſpẽi:alter eſt incontinens. Atqꝫ incontinenti quidẽ con tinens:molli uero conſtans opponitur. Con ſtantia nãqꝫ in reſiſtendo:cõtinentia uero ĩ ſu perando cõſiſtit. Suntqꝫ diuerſa reſiſtere ac ſu perare:ſicut nõ uinci & uĩcere. Quapp & cõti nentia magis q̃ cõſtantia ẽ expetẽda. Qui ãt ĩ his qbus plæriqꝫ reſiſtũt deficit:is mollis ẽ & delicatus. Delitiæ nãqꝫ ſũt mollitiæ q̃dã q qdẽ ueſtẽ trahit:ne ſubeat laborẽ tollendi. Et cum imitet̃ ægrotantẽ:ſe nõ putat miſeꝝ eẽ;q mi ſero ſil'is ẽ. Sil'r res ſeſe habet & circa continen tiã & incõtinẽtiã. Nõ eſt eni mirũ ſiqs a uehe mentibus & exuperãtibus aut uoluptatibus aut doloribꝰ uincit̃:quin ignoſcendũ eſt ſi reſi ſtens uincit̃ tandẽ:ut Theodecti poetæ Philo tetes a ſerpente morſus:aut Carcini cercyon ĩ Halope:& ut hoĩes ii qui detinere riſum enitẽ tes accumulatum illum effundunt: ut accidit Xenophanto. Sed ſiquis iis quibꝰ multitudo

reſiſtere poteſt; ſuccumbit & nõ aduerſari põt nõ ob gñis naturã aut ob morbũ; q̃lis ẽ mollities q̃ regibus Scytharũ ineſt ob genus: & ut mulier a uiri diſtat natura principium.

¶ Videtur aũt & is qui eſt ad iocum propenſior intempans eſſe, eſt tamẽ mollis. Nã iocus relaxatio eſt ſiquidẽ requies eſt; qui uero ad iocũ procliuis eſt; ex iis eſt qui in hac exuperant. At qui incontinentiæ alia eſt temeritas; alia in infirmitas. Quidã.n. deliberatione facta non pſiſtunt in iis quæ ſtatuerunt ob pturbationẽ quidã ex eo quia nõ conſultarũt a perturbatione ducũtur. Sunt enim qui ante ſentientes & prouidentes; ac ſeipſos rationemq; excitantes non ſuperantur a perturbatione; ſiue uoluptatem id quod mouet; ſiue dolorem efficiat. perinde atq; prætitillati non titillantur; Maxime autem celeres ac bilioſi attrabili temeraria ĩcõtinentia ſunt incontinentes. Illi enim ob uelocitatem; hi ob uehementiam nõ expectant rõnem; ex eo quia ipſius ſunt imaginationis ſequaces.

¶ Capitulum. VIII.

a T uero intemperantem quidẽ nõ penitet ut eſt dictum; in electione nãq; pſiſtit. Incontinẽs aũt facilis eſt oĩs ad penitẽtiã; quocirca nõ ita res ſeſe hẽt ut dubitauimus. ſed ille qdẽ incurabilis; hic autem eſt curabilis. Vitiũ enim mor-

bis eſt hiſce perſimile aquæ intercuti inquam & tabi. Incontinentia uero morbo comitiali. Et enim illud continua: hæc non continua eſt improbitas. Atq; omnino diuerſum ē genus incontinentie atq; uitii. Vitium. n. latet: incōtinentia uero non latet. Horū aūt ipſorū ii q ante ratiōe dicunt meliores iis ſūt qui rōnem quidē hn̄t: non aūt perſiſtunt in ea: a minore nāq; pturbatiōe uincuntur & nō abſq; delibe ratione: ut illi. Incontinens enim ſimilis eſt iis qui cito fiunt ebrii & pauco uino & pauciore q̄ plæriq;. Patet igitur incontinentia uitium nō eſſe: niſi aliqua ex parte fortaſſe. Nam hæc quidem eſt præter electionem: illud autem cū electione: in actionibus tamen eſt ſimilitudo: ut Demodocus in Mileſios dixit. Mileſii nā q; inſipientes quidem non ſunt: ea tamen faciunt quæ agunt inſipientes: & incontinentes iniuſti quidem non ſunt iniuriam tamē faciūt cum autem alter ſit talis: ut non ex eo quia eſt ipſi perſuaſum exuperantes corporis uolupta tes præterq; rōnem rectā ſequatur: illi quidē diſſuaderi facile: huic autem haud facile pōt. Principiū enim ipſū uirtus quidem cōſeruat uitium uero corrūpit. Id aūt grā cuius principium eſt in actibus: perinde ut ſuppoſitiones ipſæ in mathematicis: neq; igit ibi docendorꝫ principiorꝫ eſt rō: neq; hic. Sed uirtus aut na-

turalis:aut aſſuetudine parta cauſa eſt opinā-
di circa principium recte. Talis igitur homo
tēperans eſt: at cōtrarius eſt intemperās. Eſt
autem quidam alius ob perturbationem a re
cta ratione diſcedens. Quem perturbatio ut
non agat quidem ut recta ratio iubet ſuperat.
Vt ſit autem talis ut ipſi ſit perſuaſum opor
tere perſequi uoluptates libere tales non uin-
cit. Atq; hic eſt incontinens qui quidem intē-
perāte melior eſt. nec eſt abſolute prauus:cō
ſeruatur enim id in ipſo quod eſt optimum:
principium inquam ipſum. Alius autem eſt
huic contrarius qui perſiſtit:& non ob pertur
bationem a ratione diſcedit. Ex his igitur pa
tet hunc quidem ſtudioſum. illum autem im-
probum habitum eſſe.

Capitulum. IX.

qVærendum eſt utrum is ſit incon
tinēs qui quauis in ratione electio
neue perſtat:an is qui in recta per
ſiſtit. Et utrum is ſit incontinens
qui non permanet in quauis electione ratio-
neue:an is qui non perſiſtit in ratione falſa &
electione non recta:quēadmodum antea du-
bitauimus. An per accidens quidē in quauis:
per ſe autem in ratione uera rectaq; electione
alter perſtat:alter non perſtat. nam ſi quiſpiā
hoc ob hoc expetit aut ſequitur per ſe quidē

hoc expetit aut ſequit̃:per accidens aũt ipſum prius. At quod eſt per ſe:id ſimpliciter eſſe dicimus. Quare fit ut aliquo quidẽ modo quavis in opinione:abſolute aũt in uera alter perſiſtat:alter nõ pſiſtat. Sunt autẽ quidã in opinione pſiſtentes:quos ptinaces appellant. Hi non niſi cũ difficultate dimoueri a ſua ſentẽtia poſſunt. Et ſimile quidẽ quid habẽt cũ cõtinẽte:ſicut & pdigus cũ liberali:& audax cũ confidente. Sunt autẽ in multis ab illo diuerſi. continens enĩ nõ mutat ſententiã ob perturbationem atq cupiditatẽ:nã cũ acciderit facilẽ ſeſe offert recta pſuadenti. Illi uero nõ a rõne mutantur. nã cupiditates cupiunt atq a uoluptibus plæriq ducuntur. Sunt autẽ ii pertinaces qui ſuæ ſunt ſentẽtiæ:& qui ſunt indocti ac ruſtici. Atq ſuæ ſentẽtiæ hoĩes ob uoluptatem atq dolorem ſunt pertinaces. Gaudent enim uincentes ſi nõ e ſua ſententia diſſuaſione ulla dimoueant̃:& dolent ſi ſua ſint irrita ut decreta. Quare potius ſunt incontinenti q̃ contĩnẽti ſimile. Sunt etiam qui non ob incontinentiam in ſententia nõ perſiſtũt:ut neoptolemus apud ſophoclẽ in philoctete:q̃q̃ ob uoluptatem nõ perſiſtit:ſed honeſtatẽ. Erat enĩ honeſtum illi uera loqui. Ab Vlyxe autem fuerat illi perſuaſum mentiri. Etenim non omnis qui propter uoluptatẽ quippiam agit intempe-

rans eſt:aut prauus aut incõtinẽs:ſed qui agit ob turpem. Cum autem ſit & quidam talis:ut minus quam oporteat corporis gaudeat uoluptatibus non perſiſtens in ratione : inter hunc & incontinentem medius ipſe continẽs collocatur. Incontinens enim non perſiſtit in ratione . quia magis q̃ oportet uoluptatibus delectatur. Hic uero non permanet:quia minus q̃ oportet eiſdem gaudet . At continens perſtat:& ob neutrũ ſentẽtiam mutat . Oportet autem ſi continẽtia ſit ſtudioſum ; habitus utroſq; cõtrarios improbos eſſe quemadmodum & uidentur. Sed quia perpaucis alter hominibus ineſt:raroq; admodum fit:temperãtia ſoli contrariũ intẽperãtiæ eſſe uidet̃ : ſic & continẽtia ſoli incõtinẽtiæ aduerſari putat̃.

¶ At uero cum ob ſimilitudinem multa dicãtur:factum eſt ut & temperans per ſimilitudinem cõtinens dicat̃. Cõtinens enim talis eſt: ut nihil præter rationẽ ob uoluptatẽ corporis agat. & tẽperans etiã talis eſt . Sed ille quidem hẽt prauas cupiditates:hic aũt nõ hẽt. Et hic qdem eſt talis ut non delectetur præter rõnem:ille uero talis ut delectetur quidẽ : ſed nõ ducatur. Similes etiam ſunt incontinens & intemperãs:qui quidem diuerſi ſunt : uterq; enĩ corporis ſequit̃ uoluptates:ſed alter & oportere putat:alter non putat.

Capitulum. X.

a Et qui neq; fieri poteſt ut idem ſi prudens atq; incontinens ſimul. Eſt enim demonſtratum pruden-tem ſimul & more ſtudioſum eū-dem eſſe. Præterea non ſolum ex eo quia ſcit prudens eſt: ſed ex eo etiam quia idoneus eſt ad agendum. At incontinens non eſt idone-us ad agendum. Habilem autem nihil prohi-bet eſſe incontinentem. Quapropter & inter dum nonnulli prudentes eſſe uidētur atq; in-continentes quia differt habilitas a prudentia eo modo quem ſupradiximus. Et ſunt ratio-ne quidem propinqua: electiōe uero diuerſa. Nec incontinens ſeſe habet ut is qui ſcit ac cō-templatur: ſed ut is qui dormit aut eſt uinolē-tus: & ſponte ſua quidē agit: ſcit enim quodā-modo & quod & cuius gratia facit. Malign⁹ tamen non eſt. electio nāq; eſt bona: quare ſe-mimalignus eſt: & non iniuſtus. Non eſt eni inſidiator: nam ipſorum alter quidem nō per ſiſtit in his quæ ſtatuit conſultando. Bilioſus autem atra bili nec ad conſultandum omni-no eſt aptus. Et ſimilis eſt igitur incontinens ciuitati: quæ decernat quidē omnia quæ ſunt agenda & leges habeat bonas: ſed non utatur: ut Anaxandrides facere dixit.

Vrbs conſultabat: leges quæ negligit almas.

Malignus autem ciuitati: quæ legibus quidē utatur: ſed prauis. Eſt autem continentia atq; incontinentia circa id quod multitudinis exuperat habitū. Alter enim magis alter minus perſiſtit; q̄ plurimi poſſunt: facilius autem ea curari poteſt incontinentia: qua bilioſi atra bili incontinenter agunt: q̄ eorum qui deliberāt quidem ſed non perſiſtunt. Et ii facilius curari poſſunt qui per aſſuetudinem: q̄ ii qui natura incontinentes ſunt. Eſt enim facilius conſuetudinem q̄ naturam mutare. Ideo enim & conſuetudinem mutare difficile eſt. quia ſimilis eſt naturæ; quemadmodū & Euenus poeta dixit.

Vſus longus mos eſt ac meditatio crebra.
Hunc tandē aſſero naturā mortalibus eſſe.

Quid igitur continentia ſit & incontinentia: & quid conſtantia mollítiaq;: & quomodo inter ſeſe habeant habitus hi: iam diximus.

¶ Tractatus ſecundus. ¶ Capitulū. I.

D ipſum autem ciuilem philoſophum pertinet de uoluptate a contēplari atq; dolore. Hic enī architectus eſt finis: ad quē reſpiciētes: unumquodq; aut malum aut bonum ſimpliciter dicimus. Inſuper & neceſſarium eſt de ipſis conſiderare: & uirtutem enim morum & uitium circa dolores

uoluptateſq; poſuimus: & fœlicitatem pluri mi cũ uoluptate aſſerunt eſſe. quibuſdam igiť nulla uoluptas aut per ſe aut per accidens bonum eſſe uidetur: non enim idem bonum eſſe putant ac uoluptatem. Quibuſdã nonnullæ quidẽ bone: plæræq; autẽ prauæ eſſe uidenť. Sunt & qui tertio cenſent: & ſi oẽs ſunt bonæ: ſummũ tamen bonũ uoluptatẽ eſſe nõ poſſe. Nõ bonum igiť omnino eſſe putatur: qa oĩs uoluptas generatio eſt ſenſibilis ad naturam. Generatio uero nulla genus idem ſubit qď fines. nulla eni ædificatio domus eſt: p̃terea uir tẽperãs fugit ipſas uoluptates. Præterea prudens pſequiť uacuitatẽ doloris: nõ id qď afficit uoluptate. Præterea uoluptates ĩpedimento prudentiæ ſunt. atq; quo magis hiſce quiſpiam gaudet: eo magis ĩpediť: ut in uenerea fit uoluptate. Nemo nãq; dum eſt in illa mente quicq̃ pſpicere poteſt. Præterea ars nulla eſt uoluptatis: & tñ omne bonum artis eſt opus. Inſup & pueri & fere ipſas uoluptates ſequuntur. Non eſſe autẽ omnes ſtudioſas exiſtimať: quia ſunt & turpes atq; infames & qa afferũt detrimẽtum. Eorum enim quæ uoluptatem efficiunt nonnulla pariunt morbos. Ex eo uero uoluptas ſummum bonum non eſſe putatur: quia non eſt finis ſed generatio. Hæc igitur fere ſunt quæ de uoluptate dicuntur.

¶ Capitulum. II.

n On effici ob ea quæ dicta ſũt ut uo luptas bonum non ſit: nec id quod eſt optimum: ex hiſce ſane conſtabit. Primum nãq; cum bonum ſit duplex: eſt enim aliud abſolute: aliud alicui bonum: & naturæ ipſe & habitus hæc ſequentur: quare ſequentur & motus & generationes. Atq; earum quæ prauæ uidentur eſſe: quædã ſunt, ſed expetibiles huic, quædã nec huic: ſed nonnunq̃ & tempore paruo: expetibiles uero non ſunt: quædam neq; uoluptates ſunt: ſed uidẽtur, quæ ſunt dolore & medicaminis gratia: quales ſunt ægrotantium. præterea cũ bonorum aliud ſit operatio aliud habitus: operationes quæ naturalem conſtituunt habitum: per accidens afficiunt uoluptate. Eſt igiť operatio in cupiditatibus indigentis habitus atq; naturæ. Nam & ſine dolore cupiditateue ſunt uoluptates: ut operationes contẽplandi: non deficiente natura. Signum autem eſt q; nõ eiſdem gaudent homines: cum repletur & cum eſt conſtituta natura. Sed cum eſt conſtituta his quæ ſimpliciter afficiunt uoluptate: cũ repletur & contrariis. nam & acribus gaudẽt & amaris: quorum nihil prorſus aut natura aut ſimpliciter afficit uoluptate. quare nec uoluptates, nam ut ea quæ uoluptatẽ efficiũt inter

ſeſe diſtant: ſic & uoluptates eæ quæ ab illis ꝓ ueniunt. Atqui non neceſſe eſt aliquid aliud eſſe præſtabilius uoluptate: ut quidam inquiunt generationis ipſius finem. non enim generationes neq; cum generatiōe ſunt omnes ſed operationes & finis. nec eueniunt dū fiūt: ſed cū ſit uſus. nec oium eſt finis aliud quicq̄: ſed eaꝝ quæ ducūt ad ꝑfectionē naturæ. Qua ꝑꝑ & nō bene ſeſe habet: uoluptatē dicere generationē eſſe ſenſibilē: ſed dicendū eſt potius operationē eius habitus eſſe qui eſt ſm naturam: & pro hoc ſenſibilē: ſine impedimento: Videt̄ autē ex eo generatio quædā eſſe: qa eſt ꝓpriæ bonū. Operationē eni generationē eſſe exiſtimāt: eſt autē diuerſum. At uero ſi uoluptates eſſe prauas ex eo cenſent: qa nōnulle rerū afferentiū uoluptatē morbos efficiunt: idem & in ſalubribus rebus cēſebunt. Nōnullæ nāq; obſūt pecuniarie rei. Hoc igit̄ mō praue ſūt ambe, at nō ſūt ob idip̄m prauæ: nā ob ē īterdū ad ſanitatē & cōtēplatio. īpedit āt neq; prudētiā neq; habitū ullū uoluptas ea q̄ ab unoquoq; ꝓdit. ſed alienæ, nā eæ uoluptates q̄ a cōtemplatione emergunt & diſciplina: cōferunt potius ad cōtemplandū atq; diſcendum. Id p̄terea quod dicitur nullā ullius artis opus uoluptatē eē: cū ratione accidit. nec enim ulla alia operatio artis eſt: ſed potentie: quanq̄ &

unguentaria ars & coquinaria uoluptatis eſſe uidentur. Temperantem autem fugere uolu ptatem:& prudentem ſequi uacuitatem dolo ris:pueros deniq; perſequi:beluaſq; afficientes res uoluptate:eodem omnia modo ſoluũtur. Nam cum uoluptatum ut dictum ẽ: aliæ ſint abſolutæ bonæ:aliæ non bonæ:tales uolupta tes tam pueri q̃ beluæ perſequuntur:& harum indolentiam prudens. quas cupiditas comita tur & dolor:quæq; corporis ſunt. Hæ namq; tales ſunt:& harum exuperationes:quibus in temperans intemperãs eſt. Quapropter has temperans fugit. nam ſunt uoluptates & tem perantis.

Capitulum. III.

a T qui malum & ipſum dolorẽ eẽ ac fugiendum cõceditur. Alius.n. eſt ſimpliciter malum. Alius aliq̃ ex parte:ex eo quia affert impedi mentum. At cõtrarium fugiendo quo fugiẽ dum quid eſt atq; malum:eſt bonum. Igitur uoluptatem bonum quid eſſe neceſſe ẽ. Eo nã q; modo quo Speuſippus ſoluebat:non con uenit:ſolutio:ut minori maius & æquali uolu ptatem contrarium eſſe. Non enim ſub malo uoluptatem ipſam ut ſpeciem dixerit ſub ge nere collocari. At uero nihil ꝓhibet uolupta tem aliquã optimũ eẽ:ſi nõnullæ uoluptates

ſunt prauæ:quemadmodum & ſcientiam ali-quam:ſi ſunt nonnullæ ſcientie prauæ:qui potius forſitam & neceſſe eſt expetibilem eſſe aliquam ſumme:ſi ſũt uniuſcuiuſq; habitus operationes ſine impedimento:ſine omnis operatio ſit fœlicitas:ſiue unius cuiuſpiam ipſorum uacans impedimẽto:hoc autem eſt uoluptas. Quare fit ut aliq̃ uoluptas ipſum ſit ſummũ bonũ:etiam ſi forte plæræq; uoluptates ſint ſimpliciter prauæ. Atq; ob idipſum fœlicem uitam iocundam eſſe omnes arbitrantur: nectuntq; ipſam uoluptatem cum fœlicitate nõ abſq; ratione. Nulla nãq; operatio perfecta ẽ: ſi impediatur. At fœlicitas operatio eſt perfecta. Quapropter fœlix indiget bõis & corporis & externis:ipſaq; fortuna quo non impediatur. Qui autem aiũt:eum qui rota torquetur & magnis in calamitatibus eſt cõſtitutus: fœlicem eſſe ſi modo ſit bonus:nihil profecto dicũt:aut ſua ſponte aut inuiti. Quia uero fœlix indiget & fortuna: iõ quibuſdam fortunæ proſperitas & fœlicitas idẽ eſſe uidetũ. Quod non eſt ita:nam & ipſa ſi exuperet impedimẽtum affert:atq; fortaſſe iure tum non eſt proſperitas appellanda:definitio enim ipſius eſt ad ipſam fœlicitatem. Illud etiam beluas homineſq; perſequi uoluptatem: indicat ipſam eſſe quodammodo ſummum bonum.

Quã populi cælebrant omnino fama perire.
Nulla pt. Sed qm̃ eadẽnatura habituſq; opti-
mus neq; eſt neq; uidetur: nec uoluptatem eã
dem omnes ſequuntur: uoluptatẽ tamen om
nes ſequuntur. Fortaſſe non eam quam putãt
neq; quam dicerẽt: ſed eandem oia nãq; diui-
num quid habent natura. Sed corporis uolu-
ptates ex eo ſibi nomen hoc uendicarũt: quia
ſæpiſſime occurrunt: & omnes ſunt ipſarum
participes. Solas igitur has eſſe putant: quia
ſolæ ſunt notæ. Patet etiã niſi uoluptas & ope
ratio ſit bonũ: fœlicẽ uiuere cũ uoluptate nõ
poſſe. Cuius nãq; gratia ipſa eſt opus ſi bonũ
non eſt. At ſimul & cum dolore ipſum uiue-
re contigit. Dolor enim neq; malum eſt neq;
bonum: ſi neq; uoluptas. Cur nã itaq; fugiet
Neq; igitur ſtudioſi ipſius uita iocunda erit: ſi
non ſint & operationes ipſius iocundæ.

¶ Capitulum. IIII.

E corporis uoluptatibus conſide-
d randum eſt eis qui dicunt nonnul
las uoluptates expetibiles eſſe ual-
de: & honeſtas: ſed non corporis:
& in quibus intemperans ipſe uerſatur. Cur
igitur contrarii dolores ſunt praui. Malo nan
q; bonum contrarium eſt. An neceſſarie uo-
luptates ſic ſunt bonæ: quia & id quod eſt non
malum eſt bonum. An uſq; ad aliquem ter-

minum bonæ ſunt. Habituũ.n.eorum ac mo tuum: quorum nõ eſt melioris exupatio: neq̧ uoluptatis eſt. Eorum autem quorum eſt: eſt & uoluptatis exuperatio. At bonorum corpo ris eſt exuperatio & prauus in pſequendo exu perationem: ſed nõ neceſſarias uoluptates cõ ſiſtit. Omnes enim gaudent quodammodo & epulis & uino & uenere: ſed non ut oportet. Contra autem in ipſo dolore facit. Nõ enim exuperationem: ſed omnino fugit dolorem. Non eſt enim exuperationi dolor contrarius: niſi ipſi perſequenti exuperationem. At enim cum non ſolum ipſum uerum: ſed etiam fal ſi cauſam oporteat dicere. Hoc enim ad faciẽ dam fidem conducit: nam cum id rationi con ſentaneum fuerit uiſum: ob quod uerum eſſe uidetur quod non eſt uerum: facit ut ipſi uero magis aſſentiamur. Dicendum eſt cur corpo ris uoluptates expetibiliores uidentur. Pri mum igitur ex eo: quia pellunt dolorem. Atq̧ ob exuperationes doloris: uoluptatem exu perantem uti medelam: & omnino uolupta tem corporis perſequuntur. Ipſæ autem me delæ uehementes fiunt. Quapropter & ipſas ſequuntur: quia tales uidentur cum contrariũ adeſt. Et propter hæc igitur duo ſicut dictum eſt: uoluptas non ſtudioſum eſſe uidetur: quia aliæ prauæ natura ſunt operationes: aut ab or

tu quemadmodum feræ:aut & ob conſuetu-
dinem quales prauorum ſũt hominum. Aliæ
ſunt medicamenta quia ſunt indigentis & me
lius eſt habere q̃ fieri. Aliæ accidunt dum per-
ficiuntur:per accidens igitur ſũt ſtudioſe. Præ
terea ipſas quia ſunt uehementes:ii perſequun
tur qui aliis nequeunt gaudere:ipſi itaq; ſitim
quandam ſibi comparant quæ cum ſine quiſ-
dem nocumento fit:non eſt increpãdũ. Cum
uero cum detrimento perprauum eſt:neq; enĩ
habent alia quibus gaudent:& nec aliud habe
re plæriſq; permœleſtum eſt ob naturam. Nã
animal ſemper laborat:ut naturales etiam ſer
mones teſtantur uidere ac audire dolorem in-
ferre dicentes:ſed conſueti iam ſumus ut aiũt.
Similiter in iuuentute quidem ob incremen-
ta perinde diſponuntur ac uinolenti. Et iuuen
tus ad uoluptates propenſior eſt. Bilioſi autẽ
attrabili natura ſemper egent medicamento:
ſemper enim corpus ob complexionem mor
detur:& ſemper in appetitione ſunt uehemen
ti. Voluptas autem contraria & quæuis etiam
modo ſit uehemẽs pellit dolorem. Et propte-
rea intemperantes homines prauiq; fiũt. Vo
ptates autem hæ quæ ſine dolore ſunt exupe-
rationem non habent. Atq; hæ proficiſcũtur
ex iis quæ natura:& non per accidens afficiũt
uoluptate. Ec uero dico per accidens afficere

uoluptate: quæ medentur: etenim quia fit ut homini medeatur eo quod ſanum permanet aliquid agente: ideo talia afficere uoluptate ui dentur. At ea natura uoluptate afficiunt quæ faciunt operationem talis naturæ. Nulla au= tem ex eo nos ſemper delectat quia non ē ſim plex noſtra natura: ſed ineſt & aliquid aliud: quo corruptibiles ſumus. Quare ſi quippiam agat alterum id eſt alteri naturæ præter natu= ram. At cum equatur: neq; mœleſtum neq; io cundum uidetur quod agitur. Quod ſi alicu= ius natura ſit ſimplex: ſemper eadem opera== ratio iocundiſſima erit. Iccirco deus una ſemp ſimpliciq; gaudet uoluptate. Non enim ſolū motiōis eſt operatio: ſed & immobilitatis. Et uoluptas in quiete potius q̄ in motu conſiſtit Mutatio uero omnium dulciſſimum eſt ſecū/ dum poetam: ob prauitatem quādam. Vt enī homo prauus facile eſt mutabilis: ſi & natura praua eſt: quæ indiget mutatione. Nō eſt enī ſimplex nec bona. Sed de continentia quidem atq; incontinentia: & de uoluptate doloreue: & quid unumquodq; ipſorum eſt: & quonam modo alia ipſorum ſunt bona: alia mala dixi/ mus. Deinceps autem de amicitia dicemus.

℄ Finit liber ſeptimus.

¶ Incipit liber octauus ethicorum.

¶ Tractatus primus. ¶ Capl'm.I.

POſt hæc conſequens eſt de amicitia pertractare. Eſt enim quædã uirtus: aut eſt cũ uirtute. Res eſt p̃terea ſumme neceſſaria ĩ uita. Nemo enim habens cætera omnia bona: ſine amicis expeteret uiuere. Nam & locupletes & in principatu poteſtateq; conſtituti plurimum amicis indigere uidentur. Quid enim prodeſt talis proſperitas benificio ſublato: quod quidẽ maxime fit in amicos: ac maxime commẽdatur. Aut quonam modo ſine amicis cuſtodiri conſeruariq; poteſt. Quo nã ꝙ magis abundat: eo magis periculis ſubiacet In paupertate quoq; cæteriſq; calamitatibus: unicum eſſe confugium amici putãtur. Iuuenibus ẽt cõferũt ad compeſcẽda peccata. Et ſenibus ad obſequiũ atq; ad eos actus pficiẽdos: quos ob ĩbecillitatẽ ipſi per agere nequeunt: & iis item qui ſunt in ſtatu ad actiones honeſtas Etenim ſi duo ſil'eãt itelligere magis atq; agere pñt: ineſſe etiam amicitia uidetur natura ei

quod genuit:ad id quod eſt ortum ab eo:non in omnibus hoībus ſolum:ſed in plurimis ēt animalibus & iis inter ſeſe quæ ſunt eiuſdem generis:& hominibus maxime. Quapropter amatores hominum laudamus. Cernere etiam quiſpiam poteſt & in ipſis erroribus:familiarē oēm hominē homini atq; amicū eſſe. Ciuitates etiam amicitia continet:& legumlatores circa hanc magis q̄ circa iuſtitiam ſtudēt: concordia nanq; ſimile quid amicitiæ eſſe uidetur. Hanc autem maxime affectant:ſeditionem adtem ut inimicam maxime expellunt. Et ſi ſint quidem amici:iuſtitia non eſt opus. Sin uero Sint iuſti: indigent amicitia. Et id quod maxime iuſtum eſt:ad amicitiam attinet. Non ſolum autem neceſſarium eſt: ſed & honeſtum. Laudamus enim eos qui amant amicos:copiaq; amicorum honeſtum eſſe putatur:& quidam eoſdem uiros bonos eſſe atq; amicos putant.

¶ Eſt autem controuerſia de ipſa nō mediocris. Quidam enim ſimilitudinem quandam eſſe poſuerunt:& ſimiles eſſe amicos. Vnde & ſimilem ad ſimilem pergere inquiunt & monedulam ad monedulam:& ſimilia. Quidam cōtra figulos inter ſeſe oīs talis inquiunt eē:& de his ipſis altius naturaliuſue perquirūt. Euripides quidem inquiens.

Cum eſt

Cũ eſt ſicca tellus:ipſa certe tũ hymbrẽ amat.
Cum turget æther:hymber cum cælũ tumet.
Affectat ut telluris in ſinus cadat.

Heraclitus autem contrarium dicens eſſe conducens:& ex differentibus pulcherrimum cõcentum oriri: & per diſcordiam omnia fieri. Sed his contraria complures alii ſentiunt. Et Empedocles:qui quidẽ ſimile appetere ſimile dicebat. Naturales igitur dubitationes omittamus:non enim ad hanc ſunt accommodate conſiderationem. Quæ uero ſunt humanæ & ad mores affectuſq; pertinent: eas conſideremus. Vt ſit ne inter omnis homines amicitia: an impoſſibile eſt paruos eſſe amicos:& utrũ una ſpecies amicitiæ ſit:an plures. Qui nanq; unam eſſe putant:quia magis eſt atq; minus: non ſufficienti argumento ducuntur. Nam & quæ ſunt diuerſa ſpecie magis ſũt atq; minus. Sed de his antea diximus. ℂ Caplm. II.

p Atebunt autem hæc fortaſſe ſi ipſum amabile fuerit notum. Non enim omne quoduis amatur: ſed ipſum amabile. Hoc autem aut bonum:aut iocundum:aut utile eſt. Atq; id utile uidebitur eſſe per quod efficitur aliquod bonum aut uoluptas: quare fit ut amabilia ſint ipſum bonum & iocundum ut fines. Vtrum igitur ipſum bonum ament homines: an id

quod ipſis e bonum. Diſcrepant enim nonnũ q̃ hæc. Similiter & ipſum iocundum. Videtur autem id quiſq; amare: quod bonum eſt ſibi. Et eſſe ſimpliciter quidem amabile ipſum bonum. Vnicuiq; autem id quod eſt unicuiq; bonum. Amat autem quiſq; non id quod eſt ſibi bonũ: ſed quod apparet: neq; quicq̃ id refert. Erit enim ipſum amabile apparens. Cum itaq; tria ſint ea propter quæ homines amãt: circa beniuolentiam quidem inanimatarum rerum non dicitur amicitia: quippe cum nõ ſit reciprocus amor: neq; uoluntas boni illarum. Eſt enim ridiculum forſitan: uino bonum quẽpiam uelle. Quod ſi uult: ſaluum illud uult eſſe: ut habeat ipſe: at oportere aiunt amico bona illius gratia uelle. Eos autem qui hoc modo uolunt bona: beniuolos dicunt: ſi nõ idem & ab illo fiat. Mutuam nãq; beniuolentiã amicitiam eſſe dicunt. An adiungendum eſt: non latentem. Sunt enim complures his beniuoli: quos non uiderunt: putant autẽ ſtudioſos eſſe uel frugi. Atq; fieri poteſt ut illorum etiam qſpiam ſimiliter ad hos afficiatur. Igitur hi mutuo quidem ſibi beniuoli eſſe uidentur. Amicos autem ipſos quonam modo quiſpiam dixerit latentes ut erga ſeſe mutuo ſunt affecti. Oportet ergo amicos mutuam habere beniuolentiam: & uelle ſibi mutuo bona non laten

tes:ob unum quid eorum quæ dicta ſunt.

Capitulum.III.

d Iſferunt autem hæc ſpecie & amores ergo & amicitiæ. Tres igitur ſunt amicitiæ ſpecies: æquales numero amabilibus ipſis: ob unumquodque enĩ eſt mutuus amor non latens. Atque qui ſeſe mutuo amant: hoc bona ſibi inuicem uolunt:quo amant. Qui igitur ob utilitatem ſe mutuo amant:non per ſe amant:ſed quo aliquod a ſe inuicem capiunt bonum. Similiter & qui amant ob uoluptatem. Non enim facetos amant:quia ſunt tales: ſed quia ipſis afferunt uoluptatem. Qui igitur ob utilitatem amant ob ſuum diligũt bonum. Et qui ob uoluptatem ob id quod eſt ipſis iocũdum: & nõ quo talis eſt is qui amatur; ſed quo eſt utilis aut iocundus. Per accidens igitur hæ ſunt amicitiæ:non enim amatur quo talis eſt is qui amatur:ſed quo uel bonum aliquod affert uel uoluptatem. Tales autem amicitiæ facile diſſolui poſſunt:non permanentibus ipſis ſimilibus. Nã ſi non ulterius iocundi ſint aut utiles:amare deſiſtunt. Vtilitas autem nõ permanet:ſed alias alia fit. Dimoto igitur eo propter quod erant amici: diſſoluitur & amicitia: utpote quæ ob illud erat. Maxime autem amicitia talibus in ſenibus fieri conſtat. Huius enim æta

tis homines non uoluptatem : ſed utilitatem ſequũtur: & in iis iuuenibus atq; uiris qui ſuæ ſtudent utilitati. Tales autem nec multum ſimul uiuunt. Interdum enim nec ſunt iocundi nec indigent igitur tali congreſſione ſi non ſint utiles. Nam eouſq; iocundi ſunt : quouſq; boni cõſequendi ſpecie habent: cũ iis amicitiis & hoſpitalitiam ponunt. Iuuenum autem amicitia ob uoluptatem conſtat : uiuunt enim cũ affectu: & id maxime ſequũtur : quod ſibiipſis eſt iocũdum & præſens. At cũ mutatur ætas: alia fiunt & ipſa iocunda. Quocirca cito fiunt amici citoq; deſiſtunt. Nam ſimul cum eo qđ ipſos afficit uoluptate: & amicitia ipſa mutatur: talis uero uoluptatis cæleris fit mutatio. Proni ſunt etiam ipſi iuuenes ad amores: plurimũ enim amatoriæ amicitiæ perturbatione fiunt & ob uoluptatem. Quapropter amant & cito deſiſtunt eadem die propoſitum ſæpe mutantes. Hi uolunt totos dies una uerſari ſimul q; uiuere. Sic enim fit ipſis id quod per amicitiam ſuam affectant. Bonorum autem amicitia ſimiliũq; uirtute perfecta eſt amicitia. Hi nãq; mutuo ſibi bona ſimiliter uolunt quo boni ſunt. Boni uero ſunt per ſeipſos. Atq; ii maxime ſunt amici qui bona amicis illorum gratia uolũt: propter ſeipſos enim ita ſeſe habẽt: & non per accidens. Permanet igitur horum

amicitia quamdiu ſunt boni. At uirtus res per manens eſt. Atq; horũm uterq; bonus eſt ſim pliciter:& amico. Boni enim ipſi:& abſolute: & ſibi mutuo boni ſunt. Et utiles & iocundi ſi mili modo. Nam boni:& abſolute:& ſibi mu tuo ſunt iocũdi. Singulis enim proprie actio nes ſunt uoluptati:& quæ ſunt tales. Bonoꝶ autem actiones tales ſunt aut ſimiles. Talis autem amicitia non ſine ratione permanens eſt:coniunguntur enim in ipſa omnia quæ in amicis eſſe oportet. Nam omnis amicitia aut eſt ob bonum:aut ob uoluptatem:uel ſimpli citer:uel amanti:& ob ſimilitudinem quandã. Hæc autem omnia bonorum per ſeipſos ami citiæ inſunt. Huic enim ſimiles ſunt & cætere. Et id quod eſt abſolute bonum eſt & iocundũ ſimpliciter. Maxime igitur hæc ſunt amabilia & amare ac amicitia in his eſt maxime:& opti ma amicitia. Sunt autem merito tales amici tiæ raræ:pauci enim ſunt tales. Tempore in ſuper & conſuetudine opus eſt. Secundum enim prouerbium:non fit ut mutuo ſe cogno ſcant priuſq̃ ſimul conſumant dictam ſalis mẽ ſuram. Nec igitur fit ut prius recipiant ſe:ſint q; amici q̃ amabilis utriq; uideat̃ eſſe atq; cre datur uterq;. Qui uero ea cæleriter inter ſeſe mutuo faciunt quæ ad amicitiam attinent:uo lunt quidem eſſe amici; ſed non ſunt; niſi ſint

amabiles & idipſum ſciant. Amicitiæ nãq; uoluntas non amicitia cæleriter fit. Hæc igitur & tempore & cæteris perfecta eſt amicitia: & per hæc omnia fit. Et utriq; ſimilis eſt ab utroq;, quod quidem amicis inſit oportet.

¶ Capitulum quartum.

e A uero quæ ob uoluptatem: & ea quæ ob utilitatem eſt ſimilitudinẽ huius habent. Boni nanq; & iocũdi & utiles ſibi mutuo ſunt. Maxime autem & tales amicitiæ permanent: cum æquale fit ab utriſq;: ut uoluptas: & non ſolũ hoc modo: ſed etiam ab eodem: ut inter facetos fit: & non inter amatorem ac adamatum. Hi nanq; non delectantur eiſdem: ſed ille quidem aſpectu gaudet adamati: hic autem obſequio amatoris. Deſinente uero pulchritudine: amicitia quoq; nõnũq̃ deſinit. Illi nanq; aſpectus non eſt iocundus: huic aũt obſequiũ nõ præſtatẽ. Pleriq; aũt in amicitia permanẽt: ſi ex cõſuetudine mores dilexerint: eoſdẽ mores habẽtes. Sed q̃ nõ uoluptatẽ in amoribus: ſed utilitatẽ cõmutãt ii: & minus ſunt amici: & minus permanent. Qui uero ſunt ob utilitatem amici: ii ſimul cũ utilitate diſſoluuntur. Nõ.n. hi ſeſe mutuo: ſed utilitatẽ amabãt. Fit igitur ut & praui prauis & boni prauis & neutri quibuſuis amici ſint ob uoluptatẽ atq; uti-

litatem:ſed boni ſoli ſunt propter ſeipſos amici. Mali nãq; ſeipſis non gaudent:niſi utilitas proueniat aliqua. In ſola etiam bonorum amicitia nullum calumnia locum habet. Non eni facile cuiq̃ quiſpiam de eo credere poteſt:quẽ ipſe diuturno tempore comprobauit. In his ipſis eſt & ſibi mutuo credere:& nunq̃ iniuriã facere:cæteraq; omnia:quæ amicitiæ ueræ cẽſentur ineſſe. In cæteris autem amicitiis nihil prohibet ea quæ ſunt hiſce contraria fieri. Interdum nãq; homines eos etiam dicere cõſueuerunt amicos:qui ob utilitatem amant:ut ciuitates:ſocietas enim a ciuitatib⁹ utilitatis gratia fieri uidentur. Et item eos qui ſe ꝑpter uoluptatem mutuo diligũt:ut pueri: nos etiam fortaſſe tales quidem amicos dicere oportet: & aſſerere ſpecies amicitiæ plures eſſe. Atq; primo quidem & proprie amicitiam eam eſſe quæ bonorum eſt hominum ratione ſane qua boni ſunt cæteras autem per ſimilitudinem. Quo nãq; bonum quoddam in ipſis eſt & ſimile:hoc ſunt amici. Id enim quod afficit uoluptate bonum quoddam his eſt qui uoluptatem amant. Non autem multum hæ copulãtur:nec iidem ob utilitatem uoluptatemq; fiunt amici. Nam ea quæ per accidens ſunt: nõ nimium coniunguntur. In has autem ſpecies amicitia diſtributa:praui quidem erunt ob uo

luptatem aut utilitatem amici: hac ratione ſimilitudinem ſubeũtes. Boni autem ſunt propter ſeipſos amici. Ea nãq; ratione qua boni ſunt. Hi igitur ſunt abſolute amici. Illi uero p accidens & quia ſunt ſimiles his.

Capitulum. V.

u T autem in uirtutibus alii habitu: alii actu boni dicũtur: ſic & in amicitia. Amicorum enim alii ſimul uiuentes gaudent ſe mutuo bonaq; conferunt. Alii dormientes aut locis ſeiuncti: non operantur quidem: ſed ita ſeſe habent: ut operent̃ amice. Loca nãq; non diſſoluunt amicitiam abſolute: ſed operationẽ. Quod ſi diuturna abſentia fuerit: amicitiæ quoq; uidetur obliuionem efficere. Vnde dictum eſt: taciturnitas amicitias cõplures diſſoluit. Atqui neq; ſenes neq; ſeueri uidẽtur eſſe ad amicitiã apti: exigua enim afficiunt uoluptate. Nemo autẽ conuerſari cum eo poteſt qui dolorem afferat aut non ſit iocundus. Maxime nãq; natura uidetur mœleſtam quidem fugere: oblectamenta autem affectare. Qui uero ſe quidem mutuo accipiunt: non ſimul autem uiuunt: ii beniuolis magis ſunt ſimiles q̃ amicis. Nihil eni tam proprium eſt amicorum q̃ uiuere ſimul. Nam egentes quidem utilitatem affectant. Simul autem uiuere & ipſi beati. Etenim ſolita-

rios quidem hoc eſſe minime conuenit. Vt ſimul autem degant fieri nõ poteſt:niſi ſint iocundi eiſdemq; gaudeant:quod quidem amicitia ſodalitia uidetur habere. Bonorum igitur amicitia maxime eſt ut ſæpe diximus amicitia nam amabile quidem id & expetibile eſſe conſtat:quod eſt abſolute bonum:aut iocundum: unicuiq; uero:quod ipſi eſt tale. Bono autem propter hæc utraq; bonus. At uero amor quidem ſimilis eſt affectui:amicitia uero habitui. Amor nãq; nõ minus eſt ad inanimata. Amici autem amant ſeſe mutuo cum electione:electio uero ab habitu proficiſcitur:& uolunt iis bona quos amant illorum gratia:non per affectum:ſed habitum: & amantes amicum: id amant quod ſibiipſis eſt bonum:uir enim bonus factus amicus bonũ fit ei cui iam eſt amicus: Vterq; igitur & id quod ſibi bonum eſt amat:& par reddit uoluntate atq; iocũditate. Dicitur enim amicitia equalitas: maxime autem bonorum hæc amicitiæ inſunt.

Capitulum. VI.

IN ſeueris autem atq; ſenibus tanto minus fit amicitia quanto difficiliores ſunt:& minus congreſſionibus gaudent. Hæc enim ad amicitiam maxime ſpectare & ipſam efficere uidẽtur. Quocirca iuuenes quidem cito: ſenes au-

tem non cito fiunt amici:non enim fiunt iis amici:quibus non delectantur. Similiter nec ſeueri:ſed tales beniuoli quidē mutuo ſibi ſūt: etenim & bona uolunt & prompti ſunt ad neceſſitates. Amici uero non ualde ſunt propterea ꝙ non ſimul degunt:neqꝫ ſeſe mutuo delectantur:que quidem ad ipſam amicitiam ꝑtinet maxime.

¶ Nō fit autem ut amicitia pfecta multis qſpiam ſit amicus queadmodū nec ut complures ſimul adamet:eſt.n. exuperationi ſimilis. Tale aūt ad unum aptum fuerit. Multos uero eidem uehementer placere non facile eſt:fortaſſe autem nec bonos eſſe. Oportet autem & experientiam accipere:& conſuetudinē fieri: quod quidem eſt perdifficile. Ob utilitatē aūt ac uoluptatē multis placere qs pōt. Complures.n.ſunt tales:& ſubminiſtrationes manifeſte breui in tpe fiunt. Harum aūt ea magis eſt ſimilis amicitiæ quæ eſt ob uoluptatem: cum eadē ab utriſqꝫ proueniunt:& ſeſe mutuo gaudent aut eiſdem:quales ſunt iuuenū amicitiæ: ineſt enim magis in his liberalitas. At ea quæ ob utilitatem conſtat eorum eſt hominum q queſtui uacant. Beati etiam utilibus non indigent ſed iocūdis:cum quibuſdam enim ſimul uiuere uolunt & mœleſtum paruo quidem tēpore ferunt. Continue uero nemo nec ipſū

bonũ toleraret:ſi dolore ipſum afficete. Qua
re iocundos querunt amicos. Sed forſitam &
bonos oportet:cum ſint tales & etiã ipſis. Sic
enim ipſis inerunt quæ amicis ieſſe oportet.
Qui autem ſunt in poteſtatibus conſtituti:di
uiſis uti uident amicis. Alii enim ſunt ipſis uti
les,alii iocundi. Vt aũt ambo ſit iidem:non ni
mium fit. Neq; eni cũ uirtute iocũdos quærũt
neq; utiles ad hõeſta:ſed facetos quidem quæ-
runt uoluptatem appetentes: habiles autem
ut agant ipſum præceptum. Atq; hæc homi-
ne in eodem non nimium fiunt. Studioſus au
tem homo iocundus eſt ſimul ut diximus at-
q; utilis. Sed talis amicus non fit excedenti: ſi
non & uirtute excedatur. Sin minus non æq̃
tur cum rata fit inferior ratione: non nimi-
um autem tales fieri ſolent:Hæ igitur amici-
tiæ dictæ in æqualitate conſiſtunt. Eadem
enim ab utriſq; fiunt & ſibi mutuo uolunt
aliud pro alio: ut uoluptatem pro utilita-
te commutant. Dictum eſt etiam has minus
amicitias eſſe: minuſq; permanere. Viden-
tur autem & ob ſimilitudinem diſſimilitu-
dinemq; eiuſdem & eſſe amicitiæ & non eſ
ſe:nam ſimilitudine amicitiæ quæ eſt ob uir-
tutem uidentur amicitiæ eſſe:altera namq; uo
luptatẽ:altera habet utilitatem:q̃ quidem in-
ſunt & illi. Sed quia illa quidem omni calũnia

tūc fit aliquo modo æqualitas: quod quidem amicitiæ eē uidetur. Equale autem iniuſtis & in amicitia non ſimiliter ſeſe habet. Eſt enim ĩ iuſtis quidem æquale primo quod eſt pro dignitate: ſecundo quod eſt in quãtitate. In amicitia autem id quidem quod eſt inquantitate primo: id autem quod eſt pro dignitate ſecũdo. Conſtat autem ſi in uirtute uel uitio uel diuitiis uel in aliqua alia re magna diſtantia fiat Nõ enim ulterius ſunt amici nec dignum putat ſe eſſe amicos. Maxime autem hoc eſt manifeſtum in ipſis diis immortalibus. Hi nanq; plurimum bonis omnibus antecellunt. Conſtat autem & in regibus. Nec enim his ſe eſſe amicos dignum ii putant: qui ſunt ualde inferiores: nec item optimis uiris aut ſapientiſſimis ii qui nullius ſunt præcii. Exacta igitur in talibus nõ ē definitio quouſq; ſint amici: multis enim ablatis adhuc amicitiæ mãet. Quod ſi nimis fuerint ſeparati: ut adeo non permanet. Vnde & dubitatur ſi amici uelint amicis ea bona quæ maxima ſunt: ut deos eſſe. Non enim ulterius erunt ipſis amici: quare nec bona. Amici nãq; bona ſunt ſuis amicis. Quod ſi bene ſit dictum amicum amico bona illius gratia uelle: manere oportet qualiſcunq; ſit ille. Homini autem uolet maxima bone ineſſe: & fortaſſe non omnia: ſibi enim ipſi maxime

quiſq; uult ipſa bona.

¶ Capitulum. II.

P Læriq; autem ob ambitiōem magis amari q̄ amare uelle uidentur: Qu propter plæriq; amant ipſos adulatores. Adulator enim iferior eſt amicus aut fingit ſe talem: & magis amare q̄ amari. Amari aūt propinquū huic eſſe cōſtat affici inquā honore: quod quidem plæriq; affectant. Non per ſe autem ſed per accidens uidētur honorem appetere. Nam plæriq; gaudēt cum honoratus ab iis qui ſunt in poteſtatibus propter ſpem. Putant enim ſe ſi quo indigeāt id ab illis impetraturos. Gaudent igitur ipſo honore: ut ſigno beneficii ſuſcipiendi. Qui autem appetunt a bonis uiris atq; ſcientibus honorari: confirmare opinionem eam quam ipſi habent de ſe affectant. Gaudent igitur: quia ſunt boni: credentes eorum iudicio qui id dicunt. Amari autem per ſe gaudent. Quapp præſtabili⁹ ipſum erit q̄ honorari: & amicitia expetenda per ſeipſam eſſe. Videtur autē magis in exhibendo amorem: q̄ in ſuſcipiēdo cōſiſtere. Argumento ſunt matres: amando gaudentes. Nōnullæ nāq; ſuos tollēdos filios dāt. Et amant quidem ſcientes. Vt amenť autē ab illis non quærunt: ſi utrunq; fieri nequeat. Sed ſatis eſt ipſis ſi in proſperitate uident illos eſſe

conſtitutos. Amantq; illos: & ſi illi nõ poſſũt ob ignorationem ea quæ ſunt exhibenda retribuere matri. Cũ igitur amicitia magis in amã do conſiſtat: & laudentur qui amant amicos: uirtus amicorum uidetur eſſe amare. Quare in quibus hoc fit pro dignitate: ii ſtabiles ſunt amici: & amicitia talium eſt ſtabilita. Hoc autẽ modo & qui ſũt inequales: maxĩe fuerint amici: æquales enim fieri poſſunt. Equalitas autẽ & ſimilitudo eſt amicitia. Et maxime quidem eorum ſimilitudo qui ſimiles ſunt uirtute: nã cum ſtabiles per ſeipſos ſint: & tales ĩter ſe ſũt: & neq; indigent prauis neq; talia ſubminiſtrãt quin potius prohibẽt. Eſt enim bonorum hominum neq; ipſos deliquere: neq; amicos permittere praua ſubminiſtrare. Praui autem ſtabilitatem quidem non habẽt: quippe cum neq; ſibiipſis ſimiles perſeuerẽt. Breui uero tempore fiunt amici: ſua gaudentes mutuo prauitate. Vtiles autem & iocundi permanent magis: permanent enim quouſq; uoluptates aut cõmoda ſibi mutuo præſtant. Ex cõtrariis autem maxime uidetur ea fieri amicitia: quæ ob utilitatem efficitur: nam fit amicus pauper diuiti: ac indoctus ſciẽti. Cuius. n. qs indiget id affectãs aliud affert ꝓ ipſo. Huc trahere qſpiã & amatorem ac adamatum: & pulchrũ ac turpem põt. Quapp & amatores ridiculi: uidẽt

interdum dignum eſſe cenſentes peride ama-
ri ut amant. At ſimiliter quidem amabiles ſint
amandi ſunt fortaſſe ut cenſent. Si uero nihil
amabilis habeant: ridiculum eſt profecto ſeſe
ut amant amari oportere cenſere. Fortaſſe au
tem neq̧ contrarium per ſe contrarium appe
tit: ſed per accidens. Appetitio uero ipſius eſt
medii: hoc enim eſt bonum: ueluti ſicco: non
ut humidum fiat: ſed ut accedat ad medium &
calido & cæteris ſimili modo. Sed hæc quidẽ
miſſa faciamus. Non enim ad hunc locum ac
cõmodantur.

¶ Capitulum. III.

u Idetur amicitia & iuſtum ut in pri
eipio diximus circa eadem & in eiſ
dem eſſe. In omni nanq̧ ſocietate
iuſtum aliquid & amicitia eſſe ui-
detur. Itaq̧ & amicos appellant ſimul nauigã
tes & commilitones & cæteris ſimiliter ſocios
Atq̧ quatenus cõmunicant eatenus eſt amici
tia: & iuſtum enim eodẽ modo & prouerbiũ
recte ea quæ ſunt amicorũ cõia dicit ẽẽ. Ami-
citia nãq̧ in cõicatiõe ſocietateq̧ cõſiſtit. Atq̧
fratribus quidem ſodalibuſue cuncta cõia ſũt.
Cæteris autẽ definita. Et aliis plura: aliis pau
ciora: & amicitiarum. n. aliæ magis taliæ mi-
nus amicitiæ ſunt. Differunt autem & iuſta.
Non enim eadem ſunt parentibus ad filios &

frattibus inter ſe: neq; ſodalibus atq; ciuibus: & in cæteris ſimiliter amicitiis. Diuerſa igitur ſunt & iniuſta ad horum ſingulos: & incremẽta ſuſcipiunt: q; ſunt ad magis amicos: eſt eni grauis ſodali q̃ ciui pecuniam auferre: & fratri q̃ extraneo opem non ferre: & patrẽ q̃ quẽuis alium pulſare. Creſcit autem & iuſtum cũ amicitia ſimul: quippe cum ſint in eiſdem: & æquæ ſeſe extendant. At uero ſocietates omnes ſimiles ſunt partibus ſocietatis ciuilis. Nã ob utilitatẽ aliquã conueniunt homines: & aliquid eorum conſequunt quæ ad uitam conferunt. Ciuilis quoq; ſocietas gratia utilitatis ab initio conſtituti pmanereq; uidetur. Hoc eni & latores legum cõiectant: & iuſtum id inquiunt eſſe quod publicæ prodeſt. Cæteræ igit ſocietates p partes utilitatẽ appetunt. Nautæ q dem eam quæ ex nauigatione prouenit: acquiſitionẽ inquã pecuniarũ: aut aliquid tale. Milites aũt eam quæ fit ex bello: ſiue pecuniã ſiue uictoriã ſiue ciuitatẽ affectent. Eodẽ modo cõtribuleſq; & populares. Nõnullæ autẽ ſocietates gratia uoluptatis conſtant: ut eoꝝ q choros ſimul exercent: aliaq; ſimilia: & eoꝝ qui pecunias cõferũt ad cõuiuia ſibi parãda: hæ nãq; ſacrificii conuictuſq; cauſa fiunt. Oẽs autẽ hæ ſub ciuili ſocietate collocant. Non enim præſens cõmodũ ciuilis affectat: ſed ad omnem ui

tam. Atq; ſacrificia & cœtus circa hæc faciunt honorem diis tribuentes: & ſibiipſis requietē præſtantes cum uoluptate. Vetuſta nāq; ſacrificia cōuentuſq; poſt frugum perceptionē ut primitiæ celebrabantur. Hoc enim in tempore maxime ocio indulgebant. Societates igiť uniuerſæ partes eſſe ciuilis manifeſtū eſt. Tales autem amicitiæ tales ſocietates ſequuntur.

Capitulum. IIII.

r Eipublicæ tres ſunt ſpecies: & totidem etiam trāſgreſſiones & quaſi labes illarum. Et illæ quidem ſunt regnum: & optimorum poteſtas: & tertia eſt ea quæ e cenſibus fit: quam cenſu poteſtatem dicere accommodatum uidetur. Plurimi autem Rempu. appellare conſueuerunt. Atq; harum optima quidē eſt Regnū. Deterrima uero Cenſu poteſtas. Tranſgreſſio autem regni quidem tyrānis eſt. In utraq; enim unus eſt princeps. Sed inter ſeſe plurimum differunt. Nam tyrannus quidē ſuum. Rex autem eorum qui ab ipſo reguntur conſiderat commodum. Non eſt enim rex: niſi ſit ex ſeſe ſufficiens: & bonis omnibus antecellat. Talis autem nullius indiget rei: non ergo ſuas ipſe: ſed eorum qui reguntur utilitates conſiderat. Qui nanq; talis non eſt: ſorte potius

quidam eſt princeps q̃ rex. Tyrannis autẽ eſt contraria regno: ſuum nãq bonum ſequitur ipſe tyrannus. quo magis patet ipſam eſſe peſſimam: peſſimum enim id eſt quod eſt contrarium optimo. Fit autem in tyrannidem ex regno tranſgreſſio. Tyrannis enim eius principatus eſt prauitas: in quo unus eſt princeps. Prauus autem rex fit tyrannus. Ex optimarũ uero poteſtate ad paucorum potentiam fit tranſgreſſio uitio principium qui res ciuitatis præter dignitatem diſtribuunt: & cuncta bona ſibi uel plurima tribuunt: & magiſtratus ſemper eiſdem plurimi diuitias faciẽtes: pauci igitur & praui pro optimis dominanẽ. Sed ex cenſu poteſtate ad popularem fit tranſgreſſio. Sunt enim e finitimæ. Nam & cenſu poteſtas multitudinis eſſe ſolet: & pares ſunt omnes qui ſunt in cenſu. Minime uero paruum eſt popularis poteſtas: parum enim reip. trãſgreditur ſpeciem. Res igitur publicæ hoc maxime modo mutantur. Minima enim fit atq facillima fit ipſarum migratio. Similitudines aũt ipſa℞ & quaſi exempla quiſpiam & in domibus accipere poteſt. Societas enim patris ad filios regni pre ſe fert effigiẽ. Nati nãq patri ſunt curæ. Hinc & Homerus Iouem patrẽ appellat. Ipſum nãq regnum imperium eſt ſuapte natura paternũ, Patris autẽ apud Per-

ſas imperium tyrannicum eſt: ſuis enim filiis utuntur ut ſeruis. Heri etiam ad ſeruos tyrannicum eſt: nam in ipſo utilitas agitur heri. Atq; hoc quidem rectum eſſe uidetur: ſed Perſarũ aberrat: diuerſorũ enim diuerſa ſunt imperia. Viri autem & uxoris ſocietas ſimilis eſt optimatum poteſtati: pro dignitate nãq; uir præſidet & in iis quæ uirum oportet. Quæ uero uxori accõmodantur hæc illi tribuit. Quod ſi in omnibus uir dominetur: in paucorum poteſtatem mutatur: præter dignitatẽ enim hoc facit: & nõ ea ratione qua præſtabilior eſt. Interdum autem dominantur uxores ob amplitudinem patrimonii. Non igitur fiunt imperia ob uirtutem: ſed ob diuitias & potentiam: perinde atq; in paucorum fit poteſtate. Fratrum uero ſocietas ſimilis eſt cenſu poteſtati. Sunt enim pares: præter differentiam ætatis. Quocirca ſi multum ætatibus differant: non fraterna inter ipſos fit amicitia. Popularis autem poteſtas in iis maxime habitatiõibus eſt: quæ domino carent. Hic enim oẽs ſunt æquales: & in quibus princeps eſt imbecillis: & unicuiq; ineſt poteſtas. ℭ Capitulum. V.

i N unaquaq; autem Republica tantum amicitiæ conſtat eſſe: quantũ & iuſti. Atq; regis quidem amicitia ad eos qui reguntur: in excellẽ

tia beneficii conſiſtit. Confert enim in eos beneficia: qui ab ipſo reguntur. Siquidem cũ ſit bonus curã ipſorꝝ habet quo bene ſeſe habeãt ut ouium paſtor. Vnde & Homerus Agamẽnonem populorum nuncupauit paſtorẽ. Talis autem eſt & amicitia paterna: beneficiorũ uero magnitudine differt. Eſt eni eſſendi cauſa præter: quod maximũ eſſe certũ eſt & enutritionis ac eruditionis. Hæc eadẽ & cæteris maioribus tribuunt. Natura nãqꝫ parter filiorũ & aui nepotum: & rex eorũ quibus præſidet imperiũ obtinet. Hæ autẽ amicitiæ in excellẽtia cõſiſtunt. Quapropter & honorantur ipſi parentes. Et iuſtum igitur in his nõ idem eſt: ſed qđ efflagitat dignitas. Sic eni ſeſe habet & amicitia. Et uiri etiam ad uxorem eadem eſt amicitia: & in optimatũ poteſtate. Eſt enim ut uirtus poſtulat: & præſtabiliori plus tribuitur boni & quod unicuiqꝫ accõmodatur. Sic autẽ ſeſe habet & ipſum iuſtũ. At amicitia fratrum ſimilis eſt ſodalitiæ: ſunt eniꝫ pares atqꝫ æquales ætate. Tales autẽ eiuſdẽ plærunqꝫ diſciplinæ & eorundẽ ſunt morũ. Similis eſt huic & quæ eſt in cenſu poteſtate. Ciues enim pares eſſe ſolent: ac boni. Et quiſqꝫ nunc dominatur nunc paret: & æque: ſic igitur eſt in ipſis & amicitia. In tranſgreſſionibus autẽ quẽadmodum & iuſtũ ſit & amicitia exigua eſt & mini

ma eſt in ea quæ eſt peſſima. In tyrãnide nãq; nihil aut perparum eſt amicitiæ. In qbus eni nihil eſt cõmune imperanti:atq; parenti: nec amicitia eſt:nã neq; iuſtũ. Sed tale quidem eſt quale eſt artifici ad inſtrumentũ:& animæ ad corpus:& hero ad ſeruum. Hæc enim omnia utilitatem quidẽ ab iis ſuſcipiũt qui ipſis utuntur. Sed amicitia non eſt ad inanimata nec iuſtum:quin neq; ad bouem uel equũ:neq; ad ſeruum ea ratione qua ſeruus eſt. Non eſt enim quicq̃ cõmune. Seruus eni animatũ eſt inſtrumentũ. Inſtrumentũ autẽ inanimatus eſt ſeruus. Ad ſeruũ igiť hoc ipſo quo ſeruus eſt nõ eſt amicitia:ſed quo eſt homo:nã omni homini iuſtum quoddã eſt ad omnem hominẽ qui cõmunicare ſecum legem pactionẽq; põt quare & amicitiã:rõne qua homo eſt. Perparum igiť & in tyrãnide eſt amicitiæ atq; iuſti. In popularibus aũt poteſtatibus plurimum. Complura enim his ſunt cõmunia cum ſint pares.

Capitulum. VI.

o Mnis igitur amicitia ut dictũ eſt in ſocietate conſiſtit. Cõſanguineam autẽ quiſpiã ſeiũxerit ac ſodalitiã. Ciuiũ autẽ amicitiæ & cõtribulũ & ſimul nauigantiũ:& quotquot ſunt tales magis in ſocietate cõſiſtunt. Nã ſtipulatione quaſi quadã cõ

ſtare uidētur. Inter has quſpiā & hoſpitalitiā collocauerit. Cōſanguinea uero multiplex ē. Pendet autē omnis ex paterna. Parētes enim diligunt natos ut aliquid ſui:nati uero parentes ut aliquid ex illis. Atq; magis ſciunt parentes eos qui ſūt ex ipſis:q̄ nati ſe eſſe ex illis. Magiſq; coniunctū eſt id ex quo natum eſt ipſi nato:q̄ factum ei quod fecit. Eſt enim ei ex quo eſt ortum propriū id quod ex ipſo eſt ortum: ut dens crinis & quoduis habenti. Nulli autē illorum id ex quo orta ſunt:aut minus. Accedit eodem & temporis longitudo. Parentes enim natos continuo diligunt:illi uero parentes incrementis tempore ſuſceptis: & mentis compræhenſione:uel ſenſus. Ex his autem patet & cur magis diligant matres. Parentes igitur natos ut ſeipſos amant: qui nanq; ex ipſis ſunt orti ſunt quaſi ipſi alii ſeparatione. Nati uero parentes ut orti ex illis. Fratres autem ſeſe mutuo diligunt:q; ex eiſdem ſunt orti. Idētitas enim quæ eſt ad illa idem inter ipſos facit. Quapropter eundem ſanguinem dicunt & ſtirpem & talia. Sunt igitur quodammodo idem & in diuiſis. Magnū autem ad amicitiam eſt & enutritos ſimul eſſe: & ætatis æqualis. Æqualis enim æqualem delectat & ipſi familiares ſodales ſunt. Et idcirco fraterna amicitia ſodalitiæ ſimilis eſt. Patrueles uero

cæteriq; propinqui ex his ſunt coniuncti:pro pterea ꝙ ſunt ex eiſdē. Atq; alii magis alii minus fiunt ex eo cōiuncti:quia prope eſt aut diſtat origo. Amicitia autē quæ filiorum eſt ad parentes:& hominum ad deos: ut ad bonum eſt atq; excellens. Nam maxima beneficia contulerunt. Fuerunt enim eſſendi cauſa & alimēti ac educationis. Habet autem & uoluptatē & utilitatem talis amicitia magis q̃ extraneorum:quanto & uita communior ipſis eſt. Sūt autem & in fraterna amicitia ea quæ & in ſodalitia ſunt:& magis in bonis & omnino in ſimilibus quāto cōiuncti ſunt magis: atq; ab ortu ſeſe mutuo diligunt. Et quanto ſunt magis ſimilium morū qui ex eiſdem ſunt orti & ſimul nutriti:& ſimiliter educti ac eruditi:probatio enim quæ quidem fit tēpore plurima eſt atq; firmiſſima. Sunt etiam & cæteris in cōſanguineis ea quæ ad amicitiā attinent:ut rationum comparatio flagitat. Viro autem & uxori ſecundum naturam amicitia uidetur ineſſe:homo nāq; natura coniugale magis eſt q̃ ciuile: quāto prius & neceſſarium magis eſt domus q̃ ciuitas: & procreatio communior animalibus. Atq; cæterorum quidem animalium hic ſocietatis eſt terminus. Homines autem coniugium ſubeunt nō ſolum procreationis: ſed eorū etiā gratia quæ ad ipſam conferunt uitā,

Officia nãq; cõtinuo ſunt diuiſa: atq; alia uiri: alia ſunt uxoris. Opem itaq; ſibi mutuo ferũt res ꝓprias in cõmuni ponẽtes. Quapropter haci amicitia utilitas ineſt atq; uoluptas. Erit autẽ & ob uirtutẽ etiam amicitia ſi boni ſint. Eſt enim utriuſq; uirtus: atq; hoc ipſo gaudebunt. Filii autem parẽtum uincula ſunt: & nexus. Idcirco & citius ii qui carent liberis diſſoluuntur. Filii nãq; bonum eſt utriſq; cõmune. Ipſum autẽ cõmune continet. Quærere uero quonã modo uiro uiuendũ eſt cum uxore: & omnino amico cum amico: nil aliud eſt q̃ quærere quomodo iuſtum eſt. Non enim idem iuſtum uideť amico ad amicũ: nec ad alienũ & ſodalem ac condiſcipulum eſſe.

¶ Tractatus tertius. ¶ Capitulum. I.

CVm tres ſint amicitiæ ut ab initio dictum eſt: & in unaquaq; alii ſint pares amici: alii impares: nã ſimiliter boni fiunt amici: & præſtabilior deteriori: ſimiliter & iocundi: & ob utilitatem etiam in cõmodis pares & differẽtes. Pares quidem tam amando q̃ cæteris æquales eſſe oportet. Impares autẽ id reddere quod excellentiæ ratio flagitat. Fiunt autẽ in amicitia quæ utilitatis eſt gratia uel ſola uel maxime incuſationes nõ ſine ratione atq; quærelæ. Qui nanq; ſunt ob uirtutem amici: prompti ſunt

ad beneficia ſibi mutuo conferenda. Hoc enim eſt & uirtutis & amicitiæ. Atq; cum ad hoc certatim properent:nullæ prorſus inter ipſos accuſationes nec rixa fiunt. Nemo enim amanti & beneficia conferenti ſuccenſet:ſed ſi ſit gratus beneficiis reſpondet. Atq; qui in beneficiis conferendis exuperat:cum id aſſequatur quod cupit non incuſabit amicum. Vterq; enim bonum affectat:nec in his quæ ob uoluptatem conſtant quærelæ nimium fiunt:nam ſi ſimul degere gaudent:fit id ſimul utriſq; qđ appetunt. Ridiculus autem uidetur & eſt qui non delectantem incuſat cum liceat non conuerſari. At in ea quæ utilitatis gratia cõſtat locum incuſationes habent atq; quærelæ: nã cũ ſeſe mutuo pro utilitate utantur ſemper indigent pluris:& minus q̃ oportet ſeſe habere putant & quæruntur ex eo quia non tot aſſequũtur quot indigẽt cum ſint digni. Qui uero cõferunt beneficia nequeunt tot conferre quot i digent ii in quos beneficia conferuntur. Videtur autem ut duplex eſt iuſtum:aliud ſine ſcripto:aliud lege. Sic & eius amicitiæ quæ utilitatis eſt gratia:alia moralis:alia legitima eſſe. Fiunt igitur incuſationes tum maxime: cum non per eandem commutatur atq; diſſoluit. Atq; legitima quidem eſt ea quæ in definitis cõſiſtit:& quædam eſt omnino ſordida de ma

nu in manum:quædam liberalior ad tempus ſed per pactionem quid pro quo. Eſt id quod debetur in hac manifeſtum & non ambigitur Habet autem dilationem ad amicitiam attinẽ tem. Quapropter apud nonnullos tales non ſunt iudicia:ſed arbitrantur eos oportere con tentos eſſe qui fidecommntarunt. Moralis au tem non indefinitis conſiſtit: ſed ut amicum quidem munere afficit:aut aliquid aliud in il lum confert. Accipere autem dignum eſſe cẽ ſet æquale aut plus: quaſi non dederit ſed mu tauerit. Atq; ſi non ut commutauit diſſolutio fit incuſabit. Hoc autem ideo accidit:quia om nes uel plurimi uolnnt quidem honeſta: an teponunt autem ea quæ proſunt. Atq; hone ſtum quidem eſt beneficia conferre:non ut ui ciſſim ſuſcipiantur. Vtile uero ſuſcipere. Si poteſt igitur dignum reddere oportet be neficium iis quæ accepit & ſponte quidem In uitus enim non eſt faciendus amicus. Vt erro re igitur in principio facto:& beneficio a quo accipere non oportebat ſuſcepto. Non eni ab amico:nec ob idipſum faciente:diſſoluere ip ſum oportet:ut beneficio ꝑ difinitis ſuſcepto atq; polliceri cum poſſet reddere. Nam ſi non poſſet nec dignum is q dedit ipſum ſuo mu nere cenſuerit. Quare reddẽdum eſt ſi habeat

facultatem. In principio autem conſiderandum eſt a quo nam beneficium: & pro quo cõfertur: ut pro his ſuſcipiat aut non ſuſcipiat illud. Exiſtit autem dubitatio utrum qui ſuſcepit utilitate metiri oporteat id quod reddi debet: an eius qui cõtulit beneficio? Qui nãq3 beneficium acceperunt extenuantes id ipſum ea dicunt ſeſe cepiſſe que parua erant illis: queq3 ab aliis licebat accipere. Illi uero cõtra: ea quæ maxima rerum erãt ſuarum queq3 ab illis aſſequi non poterant & in periculis aut neceſſitatibus talibus. An quia amicitia eſt ob utilitatem: utilitas eius qui beneficium ſuſcepit menſura eſt ſtatuẽda? Hic eſt enĩ qui ĩdiget: & huic fert opem ut accepturus equalem, tãtũ igitur auxilium fuit quantum utilitatis habuit hic. Et reddendum eſt igitur tantum quantum ipſe conſecutus eſt: uel etiam plus. eſt enim magis honeſtum. In amicitiis autem quæ ſũt ob uirtutem accuſationes quidem non ſunt. Mẽſure autem ſimilis eſt electio eius qui beneficium contulit. Id enim quod ẽ uirtutis ac moris precipuum in electione conſiſtit.

¶ Capitulum. II.

T uero diſſentiunt & in amicitiis
a quæ in excellentia conſiſtunt. nam uterq3 dignum exiſtimat plus habere. Atq3 cum hoc nõ ſit diſſoluit̃

amicitia. Qui nãq; præſtabilior eſt: plus habe te oportere ſe putat. Plus. n. tribuendo eſt bo no. Eadem cenſet & qui magis utilis eſt. Si nã q; quiſpiam inutilis ſit, non æquale inquiunt ipſum habere oportere. Subminiſtrationem enim & non amicitiam fieri dicunt: ſi non pro dignitate operum ea fuerint quæ ab amicitia fiunt. Nam ut in pecũiarum ſocietate plus ii capiunt qui plures pecunias conferunt: ſic ar bitrantur & in amicitia fieri oportere. qui ue ro eget & qui eſt inferior contra. Ad ami cum nanq; bonum ſpectare cenſet egentibus opem ferre. Quid enim prodeſt inquiũt ami cum eſſe quẽpiam ſtudioſo uiro aut potenti ſi nihil conſecuturus ſit inde. Videtur autẽ uter q; recte cenſere. Atq; plus quidem utriſq; eſt ex amicitia tribuendum: non tamen eiuſdem rei. Sed excellenti quidem honõris: egenti au tem lucri. Virtutis enim & beneficientiæ præ miũ honos eſt: indigentiæ uero auxiliũ: lucrũ. Hoc ita ſe habere & in rebus publicis conſtat. Non enim his honoratur qui nihil boni reip. præſtat. Id enim quod eſt publicum ei tribui tur qui beneficia in remp. confert. At honor publicum eſt. Non enim fit ut ſimul quiſq̃ pe cunias a repu. atq; honorem accipiat. Nemo nãq; fert in oĩbus minus habere. Qui igitur ĩ pecuniis ĩminuiẽ ei honorem tribuunt. Qui

uero munera ſuſcepit ei pecũias dant. Quod enim fit pro dignitate: id æquat & conſeruat amicitiam ut ẽ dictum. Sic igitur & iis eſt agẽdum atq; congrediendum qui impares ſunt. Et is qui in pecuniis aut uirtute utilitatem accipit reddat honorem oportet id reddẽdo q̃d poteſt. Amicitia nãq; id expoſcit q̃d fieri põt: non id quod eſt pro dignitate. Neq;.n. in oĩbus eſt ut in honoribus erga deos aut parẽtes Nemo enim unq̃ dignum reddere põt. Sed q quoad poteſt obſequitur: bonus & æquus eſſe uidetur. Quapropter cõſtat patrem quidem nõ licere filio abdicare. Filiũ ãt patri licere. Debẽtẽ enim reddere oportet. At quicquid egerit: nihil unq̃ iis dignum fecerit quæ a patre ſuſcepit. Quare ſemper debet. Quibus autẽ debetur poteſtas eſt dimittendi: igitur & patri. Simul autem nemo forſitan unq̃ ſe mouere uidetur niſi ille exuperet prauitate. Nam abſq; amicitia naturali humanum eſt auxilium nón negare. Illi autem fugiendum eſt aut non ſtudendum opem afferre cum ſit prauus. Plæriq; enim ſuſcipere beneficia uolunt: cõferre autem nolunt: ac fugiũt ut inutile. Sed de is quidem euſq; ſit dictum.

Finit liber octauus.

¶ Incipit liber nonus ethicorum.

¶ Tractatus primus. ¶ Capitulũ. I.

IN omnibus amicitiis q̃ ſunt diſſimiles ſpecies comparatio rationum æquat atq; conſeruat amicitiam ut eſt dictũ ut & in ciuili ſocietate: ſutori pro calciamẽtis: & textori & cæteris ꝓ dignitate permutatio fit. Atq; hic quidẽ cõmunis habetur menſura nũmus ipẽ: ad quem omnia referuntur & quo menſurantur. In amatoria autem amicitia interdũ amator quæritur ꝙ ſupra modum amans non uiciſſim amatur: nihil habens forte amabile: interdum is qui adamatur quod cum prius cuncta polliceretur: nunc nihil facit. Fiunt autem talia: cum ille quidem ob uoluptatem adamatum: hic autem utilitatem diligit amatorẽ: & hæc non aſſunt utriſq;. Nam cum ꝓpter hæc ſit amicitia fit diſſolutio: cũ ea nõ fiũt gr̃a quorum amabant. Non enim ſe mutuo amabant ſed ea quæ inerant: quæ nõ permanent. Quapropter tales & amicitiæ ſunt. Morum uero amicitia cũ ꝑ ſe ſit ꝑmãet ut dictũ ẽ: diſſentiũt ãt & cũ alia fiũt ipſis: & nõ ea q̃ appetunt. Eſt eni ſil'e ac ſi nihil fieret cũ nõ id aſſequitur qđ affectat. Quale fecit & Cytharedo polliceba-

tur quanto melius cantaret ſe plura daturum. Poſtridie uero repoſcenti promiſſa uoluptatem reddidiſſe dixit pro uoluptate. Si igitur uterqꝫ hoc affectaret ſatis utiqꝫ haberet. Sin uero ille uoluptatem: hic lucrum affectabat: alter habet: alter non habet: non bene ſeſe habet ipſa ſocietas. Quorum enim indiget unuſquiſqꝫ: hæc & aſſequi uult: & horũ gratia dabit ea quæ habet. Vtrius autem eſt eſtimationem facere: eius ne qui dat: an eius qui primo accepit Nam qui dat uidet̃ illi permittere: quod quidem & Prothagoram feciſſe aiunt. Cum enĩ docuiſſet ea quæ ꝓfitebatur: diſcipulum æſtimare iubebat: quanti ipſi uiderent̃ ea quæ ſcit: & tm̃ accipiebat. Nonnullis autem in talibus ſatis eſt illud. Sufficiens ſocio merces ſane ẽ ſtatuenda. Qui uero prius accepernut argẽtum deinde nihil eorum quæ promiſerunt ob exuperationem promiſſionem efficiunt: merito incuſantur. Non enim perficiunt ea quæ ꝑepigerũt. Hoc ãt fortaſſe ſophiſtæ facere compellũtur quia nemo dare pro iis quæ ſcinnt argentum. Hi igitur ea pro quibus acceperunt mercedẽ non efficientes mœrito accuſantur. Eorum autem in quibus ſubminiſtratiõis nõ fit pactum: q ꝑ ſeipſos exhibent incuſationibus carent ut diximus: talis eſt enĩ ea amicitia q̃ ob uirtutẽ cõflat̃: remuneratioqꝫ faciẽda eſt electione.

electione: hæc enim eſt amici atq; uirtutis. Sic eſt faciendum & in ſocietate quæ fit ob philoſophiam. Non enim tãtæ dignitati pecuniæ æquari poſſũt. Nec honos paris unq̃ fiet momenti. Sed ſatis eſt forſitan ut & ad deos atq; parentes id quod fieri poteſt. Quod ſi datio non ſit talis ſed pro aliquo: maxime quidem oportet forſitã retributionem fieri ut utriſq; uidetur eſſe pro dignitate. Si uero hoc non accidit non ſolum neceſſarium: uerum etiam iuſtum eſſe uidebitur: ipſum præhabentem hãc ipſam ſtatuere: nam ſi quantum hic utilitatis habuit aut pro quanto uoluptatẽ expetiit tantum ille receperit: dignam de hoc remunerationem habebit. Etenim in rebus uenalib⁹ ita fieri conſtat. Et quibuſdam in locis ſunt leges quæ uetant ſponte actorum contractuum iudicia eſſe: propterea q; oportet unumquemq; ad eum qui credidit ſic diſſolutiõem facere ut ſocietatem contraxit. Putant enim eum iuſtius eſſe ſtatuere cui permiſſum eſt q̃ eum qui permiſit. Etenim plærunq; nõ æque æſtimãt qui habent & qui accipere uolunt. Sua enim cuiq; & ea quæ dat multo uidentur præcio digna. Attamen retributio fit ea quã ſtatuunt ii qui capiunt quãtitate. Oportet autẽ fortaſſe non tanti æſtimare: quãti uidetur dignum habenti: ſed quanti æſtimabat antea q̃ haberet.

¶ Capitulum ſecundum.

Abent autem & talia dubitationẽ h Vtrum oporteat omnia patri tribuere:in omnibuſq; obtemperare an ægrotanti quidem parendum ſit medico:deligenti uero ducem exercitus deligendus ſit rei militaris peritiſſimus homo. Simili modo utrum amico ſit potius an ſtudioſo ſubminiſtrandum:& bñfactori reddenda ſit gratia:an ſodali potius dandum:ſi utrũq; fieri nequeat. Omnia igitur talia exacte determinare nõ eſt facile. Multas enim ac uarias habent differentias:& magnitudine & prauitate & honeſtate atq; neceſſitate. Verum non omnia eidem eſſe tribuenda nõ eſt obſcurum Atq; beneficia plærunq; reddenda ſunt potiꝰ q̃ eſt largiendum amicis:ſicut & mutuum reddendum eſt potius cui debeat:q̃ dãdum ſodali. Fortaſſe autem neq; hoc agendum eſt ſemper. Vt redemptum a prædonibus:utrnm eũ q ipſum redemit:redimere uiciſſim oporteat quicunq; is ſit:aut non capto quidem repetenti uero mutuum reddere:an redimere patrem Videbitur enim patrem potius q̃ ſe etiam redimere illum oportere. Debitum igitur ut diximus ſimpliciter eſt reddendum. Si uero datio honeſtate aut neceeſſitate excedat: ad hæc ipſa eſt declinandum. interdum enim neq; eſt

æquum beneficium retribuere:cum alter quidem in ſtudioſum ſciens ſtudioſum eſſe cõtulit beneficium:alter autem illum flagirioſum eſſe exiſtimat. Nonnunq̃ enim nec ei qui mutuauit uiciſſim eſt mutuandũ. Nã ille quidem putãs ſe recepturum bono mutuauit uiro:hic autem non ſpærat a prauo recipere. Siue igiť re uera hoc ſic ſe habeat:non æqualis eſt dignitas:ſiue non ita quidem ſic ſe habeat:putẽt autem ſic ſe habere, non uidebuntur abſurde facere. Quod igiť ſæpe eſt dictũ:ſermones q̃ de affectibus actibuſue fiunt:perinde hñt definitionem ut ea circa quæ ſunt. Non eadẽ igiť uniuerſis eſſe reddenda:neq̃ patri cuncta quemadmodum neq̃ Ioui ſacra omnia danť:non ẽ obſcurum. Quod a diuerſa tribuenda ſunt parentibus & fratribus & ſodalibus & beneficiis tribuenda ſunt ſingulis ſua quæq̃ ad quẽq̃ accõmodantur. Sic autem & facere uidẽtur. Nã ad nuptias uocant cognatos:genus enim his eſt commune quare & actus qui circa hoc ſunt Et ad ſponſalia etiam maximæ cognatos propter idem putant accedere oportere. Videbitur autem parentibus maximæ alimentis filios ut debentes opitulari oportere:& honeſtiꝰ eſſe iis qui cauſa ſunt eſſendi:q̃ ſibiipſis ſubuenire. Honorem etiam ut diis tribuere oportet:non omnem autem parentibus neq̃ cun-

dem patri matriq;neq; ſapientis aut imperatoris:ſed patri paternũ:& ſimiliter matri maternum.Omni quoq; ſeniori honor eſt tribuendus quiad ætatem accõmodatur aſſurgendo locoq; cedendo & talibus. Sodalibus autẽ atq; fratribus præſtanda eſt libertas: oĩumq; cõmunitas.Atq; cognatis & iis qui ſunt eiuſdem tribus & ciuibus ac cæteris uniuerſis ſemper eſt enitendum id quod accõmodatũ tribuere & cõparare:quæ inſunt ſingulis ratione familiaritatis & uirtutis aut utilitatis. Eorũ igitũ qui generis ſunt eiuſdẽ facile eſt iudiciũ:differentiũ autẽ eſt difficilius:nõ tamen ob hoc deſiſtendum eſt:ſed ut fieri poteſt: ita eſt diſtinguendum. ¶Capitulum.III.

e St etiam dubitatio: ſi diſſoluendæ ſint amicitiæ:nec ne:ad eos qui nõ permanent:an ad eos qui ob utilitatem aut uoluptatem amici ſunt: cum hæc nõ habent:nec eſt abſurdũ diſſolui. Illorũ enim erant amici: quibus deficiẽtibus: rationi conſonum eſt non amare. Incuſauerit autem quiſpiam ſi ob utilitatem aut uoluptatem amant ob mores ſimulabãt amare. Q uẽ enim ſuperius diximus:plurime fiunt incuſationes inter amicos:cum nõ ſimiliter optant & ſunt amici. Cũ igitur quiſpiã ſua ſe opinione fefellerit putaueritq; ob mores amari: ni

hil illo tale agẽte;tum ſeipſum is accuſare de-
bet. Cum uero a ſimulatione illius deceptus
fuerit;tum qni decipit iuſtum eſt accuſare:&
magis quam eos qui nũmos adulteri nos cõ-
ficiunt quanto maleficium ipſum circa præ-
ſtabilius eſt. Quod ſi acceptat ut bonum;fa-
ctus eſt autem paruus atq; apparet ẽ ne amã
dus. An impoſſibile eſt: ſiquidem non om-
ne quoduis eſt amabile ſed bonũ:neq; autẽ di
gnum ẽ prauum amicum habere:neq; opor-
tet:non nam amatorẽ prauorũ eſſe oportet
neq; ſimilem euadere prauo. Dictum eſt aũt
ſimile ſimili eſſe amicum. Eſt ne igitur ſtatim
amicitia diſſoluenda:an nõ omnis:ſed in qua
eſt incurabilis ob prauitatẽ. Qui autem emẽ-
dari poſſunt;iis magis ferendum eſt in mori-
bus auxilium quam in pecuniis:quanto præ-
ſtabiliores ſunt & magis amicitiæ proprii:ni
hil autem abſurdi uidebitur facere:qui amici
tiam diſſoluit:non enim huic aut tali amicus
erat. Cum igitur mutatũ ad priores mores
redigere nequeat;ſeſe ab illo ſeiungit. Quod
ſi alter permaneat;alter magis bonus euadat;
multumq; uirtute differat;eſt ne utendũ ami
co. an fieri nequit. In magna autem diſtantia
maxime mãifeſtum fit ut in amicitiis quæ a
pueritia contrahũtur;nam ſi alter mente per
maneat puer;alter in optimum uirum euaſe

rit:quonam modo fuerint amici:cum neq̧ eadem ipſis placeant:neq̧ eiſdem gaudeant doleantq̧. Neq̧ enim hæc erunt in ipſis. Sine uero his eſſe amici non poſſunt. Simul enim ipſos uiuere impoſſibile eſt. Atq̧ de his ante diximus. Oportet ne igitur ipm̃ non ſecus ad illum ſeſe habere. q̃ ſi amicus nunq̃ fuiſſet. An factæ memoriã cõſuetudinis habere oportet Atq̧ ut amicis potius q̃ aliẽis arbitramur gratificari oportere:ſic & iis q fuerũt amici tribuẽdũ eſt aliquid ob amicitiã quæ antea fuit. Cũ non ob exuperationem prauitatis eſt diſſolutio facta.

Capitulum quartum.

A uero quæ ad amicos attinent & quibus amicitiæ definiuntur ex iis quæ ad ſeipſum quiſq̧ facit profecta eſſe uidentur. Ponunt enim eũ amicum eſſe:qui uult & agit bona:uel q̃ uidẽtur amici gratia:aut eum qui uult eẽ uiuereq̧ amicum gratia ipſius amici:quod quidẽ matribus ad ſuos accidit filios:& his amicis q ſũt offenſi. Quidam autem eum eſſe dicunt: qui uerſatur una cum amico:& eadem expetit:aut eum qui dolet una atq̧ gaudet cũ amico. Maximæ autem & hoc matribus accidit. Horum etiam aliquo & amicitiã ipſam definiũt. Vnũquodq̧ autem horum uiro competit erga ſe bono. Reliquis uero ea ratiõe qua tales eẽ exi

ſtimant. Videtur autem ut dictũ eſt uirtus & ſtudioſus ipſe unicuiq; eſſe menſura. Hic enim ſibiipſi conſentaneus eſt: ac eadem affectat anima omnis. Et uult igitur ſibiipſi bona: & quæ apparent ac agit. Eſt.n. uiri boni bonum agere. & ſuiipſius gratia. Mẽtis quippe cauſa quæ quidem unuſquiſq; eſſe uidetur: & uult etiam ſe uiuere ſaluumq; eſſe: atq; id maxime quo ſapit. Eſt enim bonũ homini ſtudioſo eẽ. Vnuſquiſq; autem ſibi uult ipſa bona. Factus uero alius nullus expetit cuncta illud quod eſt factum habet autem & nunc deus ſummum bonum: ſed eſt id quod eſt ipſe. Videtur autem id unuſquiſq; eſſe quod intelligit: aut maxime Atq; talis ſecum degere uult. Libenter enim hoc cum uoluptateq; facit. nam & actarum rerum recordatio periucunda eſt: & futurarum ſpes bona. Talis autem afficit uoluptate. Et ſuper contẽplationibus mente abundat. Præterea maximæ ſecum una dolet atq; letaẽ. Idẽ eſt enim omnino ipſi mœleſtum atq; iucundum: & non alias aliud. Eſt enim ſine potẽtia prorſus. Ex eo igitur quia unumquodq; ipſorum ad ſeipſum competit ſtudioſo: ad amicũ autem ſic ſe habet ut ad ſeipſum: amicus enim eſt alius ipſe: & amicitia uideẽ hoꝝ aliqd eſſe: & quibus hæc inſunt uidetur eſſe amici.

¶ Quærere uero utrũ ad ſeipſum ſit: an non

ſit amicia:nunc omittamus. Videbitur autem hoc amicitia eẽ:quo duo uel plura ex iis habet quæ dicta ſunt. Et ꝙ maxima amicitia ſimilis eſt ei quæ eſt ad ſeipſum. At uero uidẽtur ea q̃ dicta ſũt & ipſis multis in eſſe quãuis ſint praui. An hoc participes ipſorum ſunt: quo ſibiipſis placent:& bonos ſe eſſe exiſtimant. nam eorum qui uehemẽter ſunt praui atq; nefarii nemini hæc inſunt:ſed nec ineſſe uidẽtur. Diſſident enim ſecum:& alia quidem cupiũt: alia autem uolunt:ut incontinentes. nam iis quæ bona ſibí uidentur anteponunt ea quæ uoluptate afficiunt atq; nocẽt. Quidam rurſus ob formidinem atq; inertiam eas agere res omittunt:quas putant ſibiipſis optimas eſſe. Qui uero multas res graues atq; nefandas egerunt uitam ob prauitatem odio habent ac fugiunt ſibiq; mortem conſciſcunt. Quærunt præterea alios ipſi flagitioſi quibus cum uerſentur. Se uero ipos fugiunt. nam ſi ſint ſecum:recordantur multarum grauiumq; rerũ & ſperant alias tales. Si cum aliis autem ſint obliuiſcuntur. Atq; cum nihil habeant quod ſit amabile: nulla re prorſus afficiunẽ ad ſeipſos q̃ ad amicitiã attinet:neq; igiẽ una ſecũ gaudent atq; dolent. Eſt enim eorum anima in ſeditione. Atq; interdum ob prauitatem dolet abſtinẽs a quibuſdam iterdum letatur, Et hæc quidem pars

huc;illa autẽ illuc trahit ut diuellentes. Quod ſi fieri nequeat ut doleat ſimul atq; letetur: at paulo poſt dolet quod letatus fuit & nollet ſibiipſi illa uoluptati fuiſſe. Improbi nãq; pœnitentia ſũt referti. Improbos igitur ne erga ſe quidem amice affectus eſt: propterea ꝙ nihil habet quod ſit amabile. quod ſi ita ſeſe habere uehementer eſt miſerum: totis uiribus fugiẽnda eſt prauitas: & enitendum eſt bonũ eſſe. Sic enim & ad ſeipſum habebit amice: & alii amicus poterit eſſe.

¶ Capitulum. V.

Eniuoientia autem amicitiæ quidem eſt ſimilis. Non tamẽ eſt amicitia. Fit enĩ beniuolẽtia & ad ignotos: & latens: amicitia uero nõ fit. Hæc autẽ antea diximus. At nec etiã eſt amatio. Non enim habet extenſionem nec appetitionem. Amationem autem hæc ſequuntur Et amatio qdẽ eſt cum cõſuetudine. Beniuolẽtia tã fit & repẽte: ut fit & erga certãtes: ſpectãtes enĩ beniuoli finnt ipſis: & uolunt bona. Nihil autem agerẽt ſimul. Quod enim diximus repente fiunt beniuoli & leuiter diligunt. Videtur igitur beniuolentia principium amicitiæ eſſe: ſicut & adamandi uoluptas ea quæ ꝑ aſpectum efficitur. nemo nanq; adamat ſi non antea delectatus fuerit forma, Qui uero gau=

det forma non continuo & adamat: ſed cũ abſentem deſiderat pſentiamq́ affectat. Sic igiẽ & amicos impoſſibile eſt eſſe: niſi beniuoli fuerint. Beniuoli uero non cõtinuo & amant. Volunt enim duntaxat eis bona quibus beniuoli ſunt. Sed nihil agerent ſimul: neq́ pro mœleſtiam ſuſciperent ullam. Quapropter quiſpia per tranſlationem principium ipſam amicitie dixerit eſſe. Diuturnum autem factam & ad conſuetudinem accedentem amicitiam fieri: non eam quidem quæ ob utilitatem: neq́ eam quæ ob uoluptatem eſt, neq́ enim ꝓ hiſce beniuolentia fit. Qui nanq́ beneficium accepit retribuit pro his quæ accœpit beniuolentiam faciens iuſta. Qui uero uult aliquem proſperitatem habere: ſpe commodi alicuius conſequẽdi per illum non illi ſed ſibi potius beniuolus eſt: quemadmodum nec amicus ſi illi propter aliquem uſum obſequium præſtat. Omnino autem beniuolentia ob uirtutem ac bonitatẽ aliquam fit: cum cupiam quiſpiã pulcher aut fortius aut aliquid tale uidetur: ut in certantibus diximus.

ℂ Capitulum ſextum.

T qui concordia etiam ad amicitiã
a attinet. Quapropter non eſt eadẽ opinatio. Hæc enim & iis qui ſibi mutuo ſũt ignoti ineſſe poteſt: nec

eos qui de quouis ſunt eiuſdem ſententiæ con cordes dicunt. uelut eos qui de cæleſtibus eaſ dem ſentiunt. non enim ad amicitiam pertiſ nent de his eſſe cõcordes. Sed ciuitates cõcor des inquiunt eſſe: cum de iis quæ cõferunt eaſ dem ſentiunt eliguntq; atq; agunt ea quæ puſ blice uiſa ſunt. Circa igitur ea quæ in actionẽ ueniunt concordes ſunt homines: & horum circa ea q in magnitudie ſunt. Poſſuntq; utriſ q; uel omnib⁹ ineſſe. Vt ciuitate concordes ſũt cum omnibus uidetur magiſtratus eẽ deligẽſ dos. Aut ſocietatem cum lacedæmoniis ineũſ dam eſſe: aut magiſtratum agere Pittacum: cũ uellet & ipſe. At cum uterq; ſeipſum uult: ut ii uolunt qui in phœniſſis ſunt: ſeditionem haſ bent. Concordes enim eſſe non eſt idem utrũ q; intelligere quicquid tandem id ſit. Sed ĩ eoſ dem idem: ut cum & populus & boni rempu blicam optimates gerere uolunt. Sic enim fit omnibus quod exoptant. Ciuilis autem amiſ citia uidetur ipſa concordia eſſe ſicut & dicitur Nam circa commoda & ea quæ pertinẽt ad ui tam uerſatur. Eſt autem talis concordia in bo nis: nam & ſecum quiſq; horum eſt concors: & omnes inter ſe ſunt concordes: quippe cum in eiſdem omnino ſint. Talium enim uolunta tes manẽt & nõ refluũt ut Euripus. Voluntq; ſemp ea q̃ iuſta ſunt & quæ proſunt. Hæc au

tem & communiter affectant. Prauos uero cõcordes eſſe impoſſibile eſt: niſi breui in tempore quemadmodum & amicos eſſe. In rebus q̄dem utilibus plus: in ſubeundis uero laborib⁹ ſubminiſtrationibuſue minus habere percupientes. Vnuſquiſq; autem hæc ſibi uolentes proximum perſcrutatur: & ꝓhibet. Perit enĩ res ipſa communis cum ab ipſis non conſeruetur. Fit igitur ut in ſeditione uerſentur: & ſeſe quidem uiciſſim urgentes quæ iuſta ſunt agere nolunt. ℂCapitulum. VII.

u Identur autem ii qui beneficia contulerũt magis eos amare in quos beneficia ſunt collocata: q̄ ii qui acceperũt eos q contulerũt. Atq; ut præter rationẽ eueniẽs quærit̃. Plurimis igit̃ uidetur id ex eo fieri. quia hi quidem debent: illis uero debetur. Vt igitur in mutuis debitores quidem uolunt ſuos creditores nõ eſſe: hi uero de ſalute quoq; debitorum diligentiã adhibent ſic & eos inquiunt qui beneficia contulerunt uelle eos eſſe erga quos fuere benefici: ut gratias accepturos. Illis uero non eſſe curã reddendi. Epicharmus igitur fortaſſe dixerit hæc ipſos dicere aſpicientes ad malum. Videtur autem hoc eſſe humanum: plæriq; enim immemores ſunt: & ſuſcipere potius q̄ conferre beneficia appetũt. Videbitur autem cauſa na

turalior eſſe & non ſimilis ei quæ de creditori bus dicitur. Non eſt enim erga debitores ama tio:ſed uoluntas ſalutis recipiendi cauſa. Sed qui beneficia contulerunt diligunt atq; amant eos qui beneficia acceperũt:& ſi nulla in re ſũt utiles:neq; impoſterum futuri:quod quidem & artificibus accidit. Magis enim unuſquiſq; proprium amat opus:q̃ ipſe ab opere amare tur ſi animæ partices eſſet. Maximæ uero for ſitã hoc circa poetas accidit. hi nãq; ſua diligũt poæmata ſupra modum:& peride atq; filios amant. Tali igitur ſimile eſt & id quod faciũt ii qui beneficia contulerunt. Quod enim ſuſce pit bñficiũ ipſoꝝ eſt opus. Hoc igiẽ & amant magis:q̃ opus eum qui fecit. Huius autem cã eſt:quod uniuerſis eſt expetibile atq; amabile eſſe. Sumus autem actu:nam uiuendo ſumus atq; agendo. Qui igitur fecit:eſt actu ſuũ quo dammodo opus:diligit itaq; ipſum opus: qa amat & eſſe. Hoc autẽ eſt naturale. Quod enĩ eſt potentia id opus ipſum actu declarat. Et i ſuper ei quidem qui contulit beneficium hõe ſtum eſt id quod egit. Quare gaudet eo ĩ quo eſt hoc. At ei qui accepit:nihil eſt honeſti in eo qui contulit:niſi conferens:quod quidem mi nus eſt iucũdum atq; amabile. Eſt autem præ ſentis quidem operatio:futuri autem ſpes:fa cti uero memoria iucunda. Sed iucundiſſimũ

eſt quod eſt actu:& amabile ſimili mō. Ei igiẗ qui contulit beneficium pmanet ipſum opus Diuturnum eſt enim ipſum hōeſtum. Sed ei qui cœpit:tranſacta eſt ipſa utilitas memoriaꝗ honeſtarum quidem rerum eſt periucnnda. Vltimum autem non nimium:aut minus. Expectatio uero contra ſeſe habēt. Et amare quidem ſimile eſt actioni:amari autem paſſioni. Eos igitur qui circa actum excellunt: ſequitur amare:& ea quæ ad amicitiam attinent. Præterea ea quæ facta ſūt cum labore:ea magis diligunt omnes:ut & pecunias magis diligunt qui acquiſiuerunt:q̄ qui ab aliis acceperūt. At beneficium quidem accipere ſine labore eē cōſtat. Beneficiū autem conferre difficile. Propter hæc & matres filios magis amant. Generatio nanꝗ laborioſa eſt magis:& magis ſciūt eſſe ſuos. Videbitur autem hoc & iis accōmodatum eſſe qui beneficia contulerunt.

¶ Tractatus ſecundus.

¶ Capitulum primum.

Vbitatur autē & utrū oporteat ſeipſum amare maxime
d an aliquem alium. Increpāt enim eos qui ſeipſos maxiæ amant:& ut turpe ſui amatores appellant. Atꝗ prauus quidem ſui gratia cuncta agit:& tanto magis:quanto prauior ē

Incuſant igitur ipſum, quia nihil niſi ſibi agit. Probus autem ob hōeſtatem: & tanto magis: grãq amici quanto p̄ſtabilior eſt ſua uero negligit. Ab his autem uerbis non ſine ratione ipſa opera diſcrepant nam eum inquiũt oportere ſumme amare qui maximæ eſt amicus. Is autem maximæ eſt amicus: qui uult bona illi⁹ gratia ſi nullus etiam ſcierit. At hæc ipſi ad ſeipſum maximæ competuut. & cætera omnia quibus definitur amicus. Dictum eſt enim ab ipſo ea oĩa quæ ad amicitiã attinent & ad cæteros pūenire. Eodem accedũt & prouerbia uniuerſa: ut anima una: & amicorũ oĩa ſunt communia: & amicitia eſt æqualitas: & tibiæ genu ꝓpinquius. Hæc. n. uniuerſa ipſi ad ſeipſũ maxime cōpetunt. Maxime nãq amicus eſt ſibi & ſe igiť ipſum maximæ amare oportet. Dubitatur autem merito: utris oporteat aſſentiri cum utriſq uideať eẽ credendũ. Fortaſſe igitur tales ſermones diſtinguendi determinandiq ſunt: quouſq & quonam modo ſint ueri. Si itaq ſumpſerim⁹ quonã utriq mõ ſui amatorem dicunt: fuerit forſitã mãifeſtũ. Qui igitur hoc rep̄hendendũ eſſe exiſtimant: eos amatores ſui appellant: q ſibi plus tribuũt in pecunis & honoribus & uoluptatibus corpis: hæc enĩ ipſa multitudo affectat: & ipſis ut optimis oĩ ſtudio incũbit. Quapp & in certamẽ ueiũt.

Qui igitur in hiſce plus habere pergũt ii cupiditatibus & omnino affectibus eiq́ꝫ parti animæ quæ rationis eſt expers gratificantᷣ:tales autẽ ſunt ipſi multi. Idcirco & appellatio orta eſt ex multitudine:quæ quidem eſt praua. ergo iuſte uituperantur ii qui ita ſe amant. Nõ eſt autem obſcurum uulgus eos ꝗ ſibiipſis talia tribunt ſui amatores dicere conſueuiſſe. nã ſiquis ſemꝑ ſtudeat agere iuſta maximæ omnium:aut tꝑata:aut quis alia q̃ a uirtutibus ꝓficiſcuntur:honeſtatemq́ꝫ omnino ſibiipſi ſeꝑ uendicet atq́ꝫ uſurpet:hũc nemo dicet amatorem ſui neq́ꝫ uituperabit. Magis autem uidebitur talis homo ſui amator. Nã ea ſibi tribuit q̃ pulcherrima maximeq́ꝫ bona:& gratificatur ei quod ſuiipſius potiſſimum in omnibuſq́ꝫ illi obtemperat. Vt autẽ & ciuitas id eſſe maxime uidetur quod eſt potiſſimum:& aliꝰ omnis conuẽtus:ſic & homo. Amator igitur is eſt maximæ ſui. qui illud amat illiq́ꝫ gratificatur. Et continens igitur dicitur & incontinens:quia meus uincit aut non uincit:proptera ꝙ ipſa eſt hominum quiſq́ꝫ & egiſſe ipſi & ſua ſponte ea uidentur quæ cum ratione maximæ egerunt. Non igitur eſt obſcurum:hoc eſſe maximæ unumquemq́ꝫ & hoc maximæ uirum bonũ amare. Quapropter maximæ ſui ẽ eſt amator:diuerſa ſpecie ab eo qui repræhenditur:

ditur:tantũq; differt: quantũ uita cũ ratione differt a uita cum perturbatione:& appetitio aut honeſti; aut eius quod conferre uidetur. Qui ſi omnes ad conſequendam honeſtatem & ad res agendas pulcherrimas decertarent atq; cõtenderent:& omnibus publice ea quæ oportet: & unicuiq; priuatim maxima bona ineſſent ſi uirtus ẽ.tale. Quare bonũ quidem hominem amatorem eſſe ſui oportet:nam & ſibiipſe & cæteris proderit agendo honeſta. Prauum autem non oportet:& ſibi nanq; no cebit & propinquis affectus prauos ſequẽdo. Ea igitur quæ uir improbus agit ab iis diſcre- pãt quæ ageř oportet. At probus quæ c por tet ea & agit. Mens enim omnis id expetit qđ eſt optimum ſibi. Et probus obtemperat menti. At qui uerum eſt illud quod de ſtudio ſo dicitur. Complura inquam ipſum agere & amicorum & patriæ gratia:& ſi opus fue- rit mortẽ obire. Et pecunias enim & honores abiiciet & ea bõa omnino de omnibus homĩ- nes decertã ſibi uendicans honeſtatẽ. Expetit enim potius uoluptatẽ breui tpe uehementẽ q̃ longo leuẽ:& uitã honeſtã uno anno q̃ quã uis multis. Et unũ actũ honeſtũ magnũue:q̃ multos & paruos. Atq; iis q pro amicis:q ꝑ patria mortẽ obeunt hoc forſitã accidit. Ma- gnã igiť ſibiipſis eligunt honeſtatẽ:abiiciẽtq;

pecunias:ut amici capiant plures. Hinc enim amicus facultates: ipſe conſequitur honeſtatẽ Atq; ſibi maius tribuit bonum. Eundem & circa honores modũ magiſtratuſq; ſeruabit. Nã hæc omnia amico ſuo concedet. Eſt enim hoc honeſtum ipſi ac laudabile. Merito igitur ſtudioſus eſſe uidetur:anteponens oĩbus honeſtatem. Fit etiã ut & res agendas cõcedat amico:ſitq; honeſti⁹ ſeipſum fuiſſe cãm ut agat illas amicus q̃ ſi ipſemet agat. In uniuerſis igiẗ laudabilib⁹ ipſe ſtudioſus plus honeſtatis tribuere ſibiipſi uidetur. Sic igiẗ ſuiipſius uti diximus amatorẽ eſſe oportet. Vt ipſi ãt multi ſũt non oportet.

Capitulum. II.

Est autem cõtrouerſia & de ipſo fœlici:ſi indigeat amicis nec ne. Non eſſe enim inquiũt ipſis beatis & ex ſeſe ſufficientibus opus amicis. Inſunt enim ipſis oĩa bona. Cum igiẗ ex ſeſe ſint ſibi ſufficientes: nullius indigent rei. Amicum autẽ inquiunt:cum ſit alter ipſe:ea afferre amico quæ ipſe per ſe amicus cõſequi nequit. Vnde & hanc ſententiam dicunt.

Fortuna cum bona eſt amicis cur opus.

At abſurdo ſimile eſt:uniuerſa bona tribuentes fœlici:amicos ipſi non tribuere; quod externorum bonorum maximum eſt. Quod ſi ad amicũm conferre potius q̃ accipere benefi

cia ſpectat:atq; ad uirum bonum uirtutemq; dare beneficia pertinet:magiſq; honeſtum eſt amicis:q̃ alienis largiri beneficiaq; cõferre:uir ſtudioſus iis idiget perfecto qui dona benefi-ciaq; ſunt accepturi. Quapropter & quæritur utrum proſperis in rebus:an in aduerſis opus ſit magis amicis:utpote cũ & is qui mala for-tuna utitur:iis indigeat qui beneficia conferãt & iis qui proſpera fortũa fruũtur iis ſit opus apud quos beneficia collocabũt. Eſt etiam for ſitan abſurdum beatum ipſum ſolitarium fa-cere. nemo enim expetet per ſe bona cũcta ha-bere. nam homo ciuile animal eſt & cum aliis aptum una uiuere. Hoc igitur competit & fœ-lici:habet enim ea omnia quæ natura ſunt bo-na. Conſtat autem melius eſſe cum amicis p-biſq; q̃ cum alienis ipſum & quibuſuis conuer ſari. Amicis ergo fœlici ẽ opus. Quid igitur illi primi dicunt & q̃ parte uera loquunt. An quia uulgus eos amicos eſſe putat qui utiles ſunt. Talibus igitur non indiget ipſe beatus: quippe cum ipſi omnia bona inſint. nec etiã iis qui ob uoluptatem amãtur:aut perparum nam cum ſit ipſius uita iucũda: aduenticia nõ indiget uoluptate. At cum amicis talib⁹ haud indigeat:nõ uidetur indigere amicis. Hoc au-tem eſt forſitam uerum:nam in principio di-ctũ eſt:fœlicititatẽ opationẽ eẽ quãdã:conſtat

autem operationem ipſam fieri:& nõ ut quã dam rem eſſe que poſſidetur. Quod ſi fœlicẽ eſſe in uiuendo ac operando conſiſtit:boni aũ tem operatio ſtudioſa & iucunda per ſe ut ini tio diximus:reſq; ꝓpria ex iis eſt qua delectãt atq; magis propinquos quam noſipſos: & actus illorum quã noſtros poſſumus cõtem= plari ſtudioſorumq; hominũ actus ſi ſint ami ci iucundi ſunt ipſis bonis. Habent enim am= bo ea quæ ſunt natura iucunda. Beatus profe cto talibus indigebit amicis: ſi expetit actus bonos & proprios contemplari: taleſq; ſunt ipſius boni ſi ſit amicus. Arbitrantur autem homines fœlicem iucunde uiuere oportere. Solitario igitur difficilis eſt uita:nõ eſt enim facile per ſeipſum ſemper operari:cum aliis uero atq; ad alios facile. Erit igitur operatio continua magis cum ſit per ſeipſam iucunda. Quod quidem eſſe circa beatum ipſum opor tet. Studioſus enim hoc ipſo quo ſtudioſus eſt gaudet quidem iis actibus qui a uirtute pro= ficiſcuntur. Mœleſte autem fert eos:qui a ui= tiis prodeunt. Perinde atq; muſicus delecta= tur quidẽ elegãti cantu: offẽditur autẽ prauo Fuerit etiã & quædã uirtutis exercitatio ex cõuictu bonorum:ut & Theognidi placet.

¶ Naturalis aũt cõſiderãtibus ſtudioſus ami cus expetibilis eſſe natura ſtudioſo uidetur.

diximus enim id quod eſt bonum natura:ſtu-
dioſo bonum & iucundum eſſe per ſe. Defini
unt autem ipſum uiuere animalium quidem
potentia ſenſus :hominum autem ſenſus uel
intellectionis. Potentia uero ad operatiōem
reducitur & ipſum præcipuum in operatiōe
cōſiſtit. Ipſum autem uiuere uidetur proprie
eſſe ipſum ſentire uel intelligere. At ipſum ui
uere de iis eſt quæ ſunt per ſe bona atq; iucun
da. Eſt enim definitum. Definitum autem na
tura eſt bonum:id & bono eſt bonum : qua-
propter omnibus iucundum eſſe uidetur. nō
oportet autem uitam ſumere prauā atq; cor-
ruptam neq; in doloribus conſtitutam. Inde
finita nanq; eſt talis:quemadmodum ea quæ
inſunt ipſi. Eritq; hoc manifeſtū magis in ſe-
quentibus de dolore. Si uero ipſū uiuere bo-
num eſt:& iucundum etiam eſt. Quod uel ex
eo uidetur:qa omnes appetunt ipſum:& ma
xime boni atq; beati. His enim uiuere maxi-
me eſt expetibile:& horum uita eſt beatiſſima
Qui autē uidet uidere ſentit : & qui audit au-
dire:& qui ambulat ambulare:& in cæteris ſi-
militer eſt aliquid ſentiens nos operari. Sen-
tire:& intelligere nos intelligere poſſumus.
Quod quidem eſt nos eſſe. Eſſe enim ſentire
uel intelligere. Sentire autem ſe uiuere de iis
eſt quæ per ſe ſunt iucunda. Vita nāq; natura

eſt bonum. Bonum autẽ ſibi quempiam in-
eſſe ſentire uoluptate afficit. Ipſum uero ui-
uere expetibile eſt: & maxime bonis: propte-
rea ꝙ eſſe bonum eſt ipſis atq; iucundũ. Senti
entes enim id quod eſt per ſe bonũ uolupta-
te afficiuntur. At ſtudioſus ut erga ſeipſum:
ſic ſeſe habet & ad amicum. Amicus enim eſt
alter ipſe. Vt igitur ſeipſum eſſe eſt unicuiq;
expetibile: ſic & ſuum amicum eſſe: uel simili-
ter. Eſſe autem ideo eſt expetibile; quia ſibi bo
num eſſe ipſum ſentit. At talis ſenſus iucun-
dus ꝑ ſeipſum eſt; Sentiat ergo & ipſum ami
cum eſſe oportet. Hoc autem fieri poteſt: cũ
ipſo ſimul uiuendo & uerba menteſque com
mutando. Sic enim ĩ hominibus dici uidetur
ſimul uiuere: & nõ ut in pecoribus eodem in
loco paſci. Si igitur ipſum eſſe per ſe eſt expe
tibile uiro beato: cũ natura ſit bonum atq; iu-
cundum: ſimile autem eſt & amici ipſius eſſe:
Amicus etiam ex iis eſt profecto quæ expeti
bilia ſunt beato. At quod eſt expetibile beato:
id adſit ipſi oportet: uel agens erit hac parte.
Opus eſt igitur ei qui fœlix futurus ſit ſtudio
ſis amicis.

¶ Tractatus tertius. ¶ Capl'm. I.

S Vnt ne igitur q̃plurimi faciendi amici: an ut de hoſpitalitate dictũ concinne fuiſſe uidetur.

Hoſpite ne careas: hoſpes neq; pluribus eſto.
Sic & ad amicitiam accommodabitur: neq; ſi ne amicis eſſe: neq; rurſus nimium multos habere amicos. Ad eas igitur amicitias quæ ſunt ob utilitatem & ualde & id quod dictum ē accommodatur. Multis enim uiciſſim ſubminiſtrare laborioſum eſt: neq; ad hoc agendū facultates ipſæ ſufficiūt. Plures igitur iis qui ſūt ad facultates propria ſatis ſuper uacanei ſunt atq; ad bene uiuendum impedimento. non ergo opus eſt ipſis: ii quoq; qui comparantur ob uoluptatem ſufficiunt pauci ut in æpulis condimentum. At ſunt ne ſtudioſi plurimi cō parandi. An & multitudinis amicorum eſt q̄dam numerus perinde ac ciuitatis. nec enim decem ex hoībus ciuitas cōſtare poteſt: nec ēt eſt ex centum milibus ciuitas. Sed quantitas nō eſt forſitan una quædam determinata ſed oīs ea quæ eſt media inter quaſdam multitudines definitas. Et amicorum igitur multitudo quædā eſt definita. Atq; ii fortaſſe ſunt plurimi cū quibus q̄ſpiā uiuere pōt. hoc eni amicitiā ptinere maxime uidebaẗ. Fieri aūt nō poſſe ut una cū multis q̄ſpiā uiuat ſeq; multis impartiat nō eſt obſcurū. Præterea illos etiā inter ſeſe amicos eſſe oportet: ſi ſimul oēs uicturi ſunt. Hoc aūt difficile eſt in multis. Eſt etiā pdifficile gaudere familiariter cū multis atq;

dolere. Cõcurrere enim hæc ſimul poſſunt. cũ uno inquã dolere & cũ altero gaudere. Forſitan igitur bene eſt nõ q̃rere q̃plurimos amicos habere: ſed quot ad cõem uitã habendã ſufficiũt neq; enim poſſe uidet̃ multis uehementer amicum eſſe: quapp neq; adamare plures: exuperatio enim quædã amicitiæ eſt. Hoc autem eſt ad unũ. Et uehementer igitur amare ad paucos erit. Hoc & in ipſis rebus ita ſe hẽt. Amicitia nãq; ſodalitia nõ fiunt multi amici. Et quæ fama celibrant̃ inter duos fuiſſe dicuntur. Qui uero multos amicos hñt oibus ſeſe familiariter offerunt ii nemini ſunt amici: niſi ciuiliter: quos & placidos appellãt: fit igit̃ ut ciuiliter multis ſi quiſpiã amicus etiã ſi nõ ſit placidus. ſed uere uir probus. Sed ob uirtutẽ & ſeipſos amicitia nõ eſt ad multos. Amabile autem eſt & paucos inuenire tales.

ℭ Capitulum. II.

a Vt utra ĩ fortuna magis opus eſt amicis. Vtrũ in proſpera an in aduerſa. In utraq; nãq; querunt̃; nã & qui fortunã hñt aduerſam indigent ope. Et qui ſunt in rerũ ꝓſperitatẽ eorũ indigent q̃bus cũ uiuant: & in quos beneficia cõferant. Volunt enim donare beneficiaq; cõferre. Amicos igitur habere neceſſariũ quidẽ eſt magis ĩ aduerſa fortuna. Quapp hic utili-

bus amicis eſt opus. Honeſtius aũt eſt i pſperitate fortunæ. Idcirco & bonos quęrunt: in hos enim beneficia cõferre atq; cũ his una degere magis eſt expetibile. Eſt enim & ipſa pſentia amicorũ iucunda in utraq; fortuna nã leuãtur ipſi dolentes cõdolentibus ipſis amicis. Quapropter & dubitauerit quiſpiã: ſi doloris ut oneris amici participes fiunt. An hoc quidem nõ fit: ipſorum autẽ præſentia cum ſit iucunda cõdolendiq; ſenſus minuit ipſum dolorem. Verũ ſi ob hæc aut ob aliquid aliud leuantur miſſum facimus id quod dictum eſt euenire ſane uidetur. Ipſorum aũt præſentia immixta quædam eſt. Nã aſpicere qdem amicos iucundũ eſt: præſertim ei qui calamitatibus præmitur: fert præſidũ aliquod aduerſus dolores. Cõſolationem enim ipſe amicus & aſpectu & uerbis afferre põt modo ſit dexter. Scit nãq; mores qbus gaudet atq; dolet. Atq; ſentire ſuas ob erũnas dolereq; amicũ affert dolerem. Nam omnes fugiunt ſe cauſam doloris eſſe amicis. Quapp uiriles quidẽ natura cauent ne amici ſecum condoleant: & ſi non exuperent in dolentia dolorem quo illi afficiuntur nõ ferunt. Atq; omnino ſimul plorantes merenteſq; non admittunt: quia nec ipſi ſunt propenſi ad luctus. Mulierculæ uero & huiuſcemodi uiri gaudent iis qui cum ipſis

gemunt:& amant eos tanq̃ amicos & condo lentes. O aut omnibus in rebus ꝑſtabiliorem imitari. At amicorũ proſperis i rebus ꝑſentia & uoluptatẽ affert omni in actu:& cognitio/ne delectat ꝙ in ipſius bonis letantur. Qua= propter uidebitur oportere in ꝓſperitatibus quidẽ prompte uocare amicos. Eſt enim ho= neſtum beneficium eſſe:in aduerſitatibus aũt pigre. Minime nãq; facere participes malorũ ipſos oportet. Vnde & illud dicitur.

Sat eſt grauis triſtiſq; ſi me fors premit.

Maxime tamẽ uocandi ſunt tunc amici; cum parua ſuſcepta mœleſtia multũ prodeſſe poſ ſunt. contra autẽ fortaſſe congruũ eſt ad cala= mitoſos quidẽ ire nõ uocatum & prompte. Eſt enim amici beneficia conferre præſertim in eos qui indigent & antea q̃ illi requirant. Vtriſq; nãq; honeſtius atq; iucundius eſt. Ad fortunatos autẽ prompte quidẽ accidere ad operandum una cum illis. Eſt enim ad hæc opus amicis lente autem pro beneficiis conſe quendis. nõ eſt enim honeſtum utilitatis ſuæ cauſa properare. Cauenda autem eſt forſitan opinio iniucunditatis in repellendo. Accidit enim nõnunq̃: præſentia igitur amicorum in uniuerſis expetibilis eſt.

¶ Capitulum. III.

T eſt ne(ut adamantibꝰamabiliſſi
a mũ eſt ipſe aſpectus magiſq; hũc
ſenſum q̃ cæteros expetunt: ppea
ꝙ p hunc maxime eſt atq; oritur
amor)ſic & amicis maxime expetible cõuer=
ſari ſimulq; uiuere. Amicitia nãq; cõicatio eſt
& ut ad ſeipſum quiſq; ſic ſeſe habet & ad ami
cum. Senſus aũt cuiq; de ſeipſo eſt expetibilis
igitur & de amico. At c pratio ipſis inſimul
uiuẽdo fit. Quare nõ immerito uiuere ſimul
affectant. Atq; quod tandem eſt ſingulis eſſe:
uel gratia cuius uiuere expetunt: in eo cũ ami
cis uerſari degereq; uolunt. Quocirca alii cõ=
potant: alii talorũ ludo ſimul incumbunt: alii
ſimul ſeſe exercent: & una uenantur aut philo
ſophantur: ſinguli totos dies id ſimul agen=
tes qđ maxime amant. Viuere enim ſimul cũ
amicis uolentes hæc faciũt: & ea cũ iis cõmu=
nicant: qbus cũ nna uiuere expetũt q̃ maxime
ipſos in uita delectant. Fit igitur amicitia qui
dẽ improborũ flagitioſa. Cõmunicãt enim
praua: ſuntq; iſtabiles: & priores etiã fiũt mo=
ribus ſimiles euadentes. Proborũ aũt ꝓba cõ
greſſionibus ſuſcipiens incrementa. Videnť
etiã tales & p̃ſtabiliores euadere: tam agendo
q̃ ſe mutuo emendando. Elicinnt enim ex ſeſe
mutuo ea q̃ placent. Vnde illud dicitur recte:
Diſces ex ſtudioſis nimirũ optima ſemper.

Sed hactenus de amicitia. Deinceps de uolu-ptate dicamus. ℂ Finit liber nonus.

ℂ Incipit liber decimus ethiorum.

ℂ Tractatus primus. ℂ Capl'm. I.

P Oſt hæc ſequitur forſitā ut de uoluptate dicam⁹: maxime nāq; uoluptas noſtro generi familiaris eſt quapropter erudiunt iuuenes gubernantes ipſos uoluptate atq; dolore. Videtur aūt ad conſequendam moris uirtutem maximū eſſe gaudere iis quibus oportet: & odiſſe ea q̄ oportet. Comitantur enim hæc tota in uita momentum & uim ad uirtutem habentia felicemq; uitam. Nam eligunt quidem ea quæ uoluptate afficiunt. fugiunt autem quæ dolore. talia uero minime prætermittenda ſunt præſertim cum magna de ipſis ſit controuerſia. Quidam enim ſummum bonum uoluptatem eſſe dicunt. quidam contra uehementer prauum partim forſitan & credentes ſic eſſe: partim putantes ad uitam noſtram melius eſſe: & ſi talis non eſt. Plæriq; enim propenſiores ſunt ad ipſam & uoluptatibus inſeruiunt. Quamobrem ad contrarium ipſos ducere oportere dicunt. Sic enim ad ipſum medium tandē peruenient. Fortaſſe au-

tem hoc non bene dicitur. Sermões enim qui de affectibus fiunt & actibus minus creduntur quam opera. Cum igitur ab his diſcrepãt que ſenſu percipiunt: tum ſpreti ueritatẽ etiam ipſam interimunt. Qui nanq; uoluptatẽ uituperat: iis ſi eam uiſus nonnunquam fuerit affectare ad ipſam inclinari uidetur ut talem omnem. Diſtinguere namq; non eſt ipſius multitudinis imperitæ. Sermones igitur ueri nõ ſolum ad ſciendum ſed ad uiuendũ etiam perutiles ſunt. Creduntur enim cum ſunt operibus conſentanei. Quapropter hortanẽ eos qui ipſos intelligunt ad ita uiuendum ut ipſi definiunt. Sed de his hactenus. Nnnc ea que de uoluptate dicta ſunt referamus.

Capitutum. II.

e Vdoxus itaq; uoluptatẽ ex eo ſũmum bonum eſſe putabat: qa cernebat uniuerſa ipſam affectare. & que rationem habent & que expertia ſunt eiuſdem. Atq; in cunctis quod eſt expetibile bonũ eſſe: & qđ maxime eſt expetibile optimum eſſe. Vniuerſa uero ad idẽ ferri declarat omnibus illud optimum eſſe. Vnum quodq; enim id quod eſt ſibi bonum inuenire dicebat quemadmodum & alimentum. Quod igitur uniuerſis eſt bonũ quodq; cuncta affectant: id eſſe ſummum bonum aie-

bat. Huius autem uiri rationes ob moris magis uirtutem: q̃ propter ſeipſas credebantur ualde enim uidebatur eſſe mœdeſtus. Nõ igitur ut uoluptatis amicus hæc dicere uidebatur ſed quia uere res ita ſe habet. Non minus autẽ hoc manifeſtum eſſe cenſebat & ex contrario Dolorem enim etiam dicebat fugiendum per ſe omnibus eſſe itaq̧ contrariũ expetibile eſſe ſimili modo. Maxime autem id expetibile eſſe quod non ob aliud neq̧ cuiuſq̃ expetim⁹ gr̃a. Atq̧ tale ipſam eſſe ſine controuerſia uoluptatem. neminẽ cnĩ interrogas cui⁹ nã gr̃a capiat uoluptatẽ propterea ꝙ ꝑ ſeipſam expetibilis eſt ipſa uoluptas. Facereq̧ ipſam quoduis bonũ expetibile magis ſi illi addatᷣ ut iuſtas operationes tpatasue: & incrementa ſuſcipere bonum ip̃m ſeipſo. Videtᷣ aũt hæc rõ uoluptatẽ oſtẽdere bonũ eẽ: & nõ magis q̃ aliud bonum Oẽ enim bonũ expetibilis eſt cũ alio bono: q̃ ſolum. Tali itaq̧ rõne & plato tollit uoluptatem ſummũ eſſe bonũ. Vitã. n. iucũdã cũ prudẽtia dicit expetibiliorẽ eſſe q̃ ſi ſit ſola. Quod ſi mixtũ eſt p̃ſtabilius: uoluptatẽ ſũmũ bonũ non eſſe: nullo enĩ addito ſummũ bonũ ſe expetibilius fieri. Cõſtat ãt nec aliud quicq̃ ſummum: quod cum eorum aliquo quæ ſunt per ſe bona expetibilius eſt tale: cuius: & nos participes ſumus: nam tale quæritur bonum. Qui

uero negāt bonum id eſſe quod omnia appe-
tunt: ii nihil omnino dicunt. quod enim uni-
uerſis uidetur: id eſſe dicimus: qui autem fidē
hanc tollit: ꝛ ualde credibiliora dicet: nam ſi
ea ſolum quæ mente carent ipſam appeterēt:
eſſet aliquid quod dicitur. Sin uero & ea q̄ pru
dentiam habent ipſam affectant: qui fit ut ali-
quid dicant: fortaſſe autem & in prauis eſt ali
quod naturale bonum præſtabilius q̄ ipſa per
ſe ſunt quod proprium appetit bonom. non
uidetur etiam & de cōtrario recte dici. Inqui-
unt enim non ſi dolor ſit malum: uoluptatem
cōtinuo bonum eſſe. Aduerſatur enim & ma-
lum malo: & ambo ei quod neutrum eſt. Atq;
hæc non male dicunt non tamen uere in iis q
ſunt dicta. Si enim ambo eſſent mala. oporte
ret & fugienda utraq; eſſe. Sin neutra neutrū:
aut ſimiliter. nunc uero illum quidem fugere
ut malum: hanc autem expetere tanq̄ bonum
uidentur. Sic igitur & opponuntur.

¶ Capitulum. III.

a T qui neq; ſi uoluptas non eſt qua
litas: pp hoc bonū nō eſt: neq; eni
opationes uirtutis ſūt q̄litates: ne-
q; fœlicitas ipſa. Dicunt ēt bonū q
dē ipm definitū eſſe: uoluptatē uero indefini-
tū: qa ſuſcipit intentionē remiſſionēue. Si igit

ex eo quia magis uoluptas minuſue capitur hoc iudicant erit idem & circa iuſticiam cæteraſq; omnis uirtutes:qbus manifeſte dicunt magis minuſue tales eos eſſe qui ipſas habent nam magis ſunt iuſti forteſue. Et fit ut & iuſte agatur ac temperate magis & minus. Sin in uoluptatibus hoc inquiunt eſſe uideant ne fortaſſe nō dicant cauſam ſi uoluptatum aliæ ſint nō mixtæ:aliæ imixtæ. Quid autē prohibet ut ſanitas quæ definita eſt magis eſt atq; minus:ſic & uoluptates eſſe. nō enim eadē in cunctis eſt tēperatio:nec una quædā ſemp̲ eſt in eodē. Sed cū remittitur p̲manet uſq; ad aliquem terminū & differt ex eo quia magis eſt atq; minus. Tale igitur & ī uoluptate eſſe poteſt:præterea ſummū quidem bonū p̲fectum eſſe:motiones autē & generationes imperfectas eſſe ponentes uoluptatē motionē eſſe generationemue oſtendere enituntur. Sed non dicere bene uident. nō eſt enim motus:omni nāq; motui ꝓpria eſt cæleritas tarditaſue:& ſi nō per ſeipſum ut motui ipſius mundi at ad aliud. At neutrū horū cōpetit uoluptati. Fit enim ut aliquis cito ſit cōſtitutus in uoluptate:quēadmodū & in ira:ut uelociter autē delectetur non:ſit neq; ad aliū:ſed fit ut uelociter ambulet & accreſcat & oīa id genus. Fit igitur ut cæleriter atq; tarde quiſpiam ad uoluptatē

mutetur. At nõ fit ut hac ipſa cæleriter operetur: id eſt delectet. Generatio uero quonã fuerit modo: etenim nõ ex quouis fieri quoduis: ſed ex quo fit: id diſſolui uidetur. Et cuius generatio eſſet uoluptas: eius eſſet corruptio dolor. Dicunt autẽ dolorẽ quidem indigentiam eius eſſe quod eſt ſecundũ naturã: uoluptatẽ uero repletionẽ. Hi autem affectus corporis ſunt. Si igitur uoluptas repletio eius ẽ quod eſt ſecundũ naturã: id & uoluptate afficitur. in quo eſt repletio: corpus ergo capit uoluptatem: at nõ uidetur. Nõ eſt ergo uoluptas repletio: ſed dum fit repletio uoluptate quiſpiam afficitur: & dum ſecatur dolet. Opinio autem hæc ex doloribus circa alimentũ & uoluptatibus orta eſt. Nam indigentes facti & antea affecti dolore repletione capimus uoluptatem. Sed hoc nõ circa omnes accidit uolutates: nam ſine dolore ſunt & ipſe mathematice uoluptates & quæ per olfatum & auditũ fiunt ac uiſum: & ſpes q̃plures itẽ & recordationes uoluptate afficiunt. Cuius igitur hæ generationes erunt. nullius enim rei fuerunt indigentiæ: cuius repletio fuerit.

❡ Ad eos autem qui proferunt uoluptates eas quæ ſunt obſcœne ac ĩprobæ dicere quiſpiam poteſt ea quæ tales afferunt uoluptates nõ eſſe iucunda, non enim ſi praue diſpoſitis

ſunt iucunda putandũ eſt & iucunda ſimplici ter eſſe niſi illis. Quemadmodũ neq; ſalubria aut dulcia aut amara quæ ægrotantibus: aut alba quæ lippis uidentur. Vel hoc modo dicatur: uoluptates expetibiles quidem eſſe: nõ tamen ab illis. quemadmodum & diuitem eſſe expetibile quidem eſt: at non ex patriæ proditione. Et ſanum eſſe: at non quodcũq; edendo. An uoluptates differunt ſpẽ: diuerſæ nãq; ſunt quæ ab honeſtis rebus & quæ a turpibus prodeunt: & non fit ut quiſq̃ iuſti capiat uoluptatem ſi non ſit iuſtus: aut muſici ſi non ſit muſicus: & in cæteris ſimili modo. Oſtendere autẽ uidetur & ipſe amicus: cum ſit abdulare diuerſus: non eſſe uoluptatem bonum aut ſpecie uoluptates differre Hic enim ad bonũ: ille ad uoluptatem congreditur. Et ille quidẽ uituperatur: hunc autem laudant ut ad diuerſum congredientem: nemo præterea expetet ita uiuere: ut mentem habens per uitam pueri iis ex rebus capiat uoluptatem quibus pueri maxime delectantur ut putant: aut gaudere turpiſſimum quid faciendo nullum unq̃ ſuſcepturus dolorem. & q̃ pluribus indulgeremus rebus etiam ſi nullam uoluptatem afferent. Damus enim operam ut uideamus ut meminerimus: ut ſciamus: ut habeamus: uirtutes. quod ſi neceſſario hæc ſequat̃ uoluptas:

nihil refert. Expeteremus enim hæc etiam ſi nulla prorſus ab ipſis prouentura eſſet uoluptas. uoluptatem igitur neq; ſummum bonum eſſe: neq; expetibilem omnẽ: & uoluptates nõnullas eſſe p ſe expetibiles: ſpecie differentes: aut iis a quibus proueniunt perſpicuum eſſe conſtat. Ea igitur quæ de uoluptate doloreue dicuntur ſatis ſint dicta.

¶ Capitulum .IIII.

Sed quidnã aut quale ſit magis patebit ſi ſermonẽ paulo altius repetemus. Viſio enim quouis in tempore pfecta eſt: nihil enim ipſi deeſt: quod poſtea factũ ſpecies ipſius perficiet. Tali perſimilis eſt & ipſa uoluptas: eſt enim quoddam totũ: nulloq; in tempore uoluptatem quiſpiã accipiet: cuius ſpecies ſi maiore tẽpore fiat: perficietur qui ocirca nec motus eſt: in tpe enim eſt omnis motus & alicuius etiã finis, ut ædificatio tunc erit perfecta: cũ id fecerit quod affectat in toto tpe aut in hoc: in partibus autẽ tpis oẽs ſunt imperfectæ & a tota & inter ſeſe diuerſæ ſpecie ſunt. Cõpoſitio nãq; lapidũ diuerſa ẽ ab erectione colũnæ: & hæ rurſus a tẽpli affectione: & templi quidem eſt perfecta: nullius enim ad ppoſitũ indiget rei. Fundamentorũ aũt & laqueariũ iperfecta. Eſt enim utraq; pars. Differũt igitur ſpe

cie:& fieri nō poteſt ut quouis in tēpore mo
tus ſpecie perfectus accipiatur niſi in toto. Si-
militer res ſeſe habet & ī ambulatione & mo-
tionibus cæteris. nam ſi latio motus eſt quo
quidē ex hoc ad hoc itur:& huius differentiæ
uolatio ambulatio ſaltatio & talia motiones
ſunt quibus ex hoc in hoc ſimiliter itur. nō ſo
lum autem in his res ſeſe habet:ſed in ipſa eti-
am ambulatione. termini nāq; nō ſunt iidem
in ſtadio toto atq; in parte:& in alia atq; alia
parte:neq; idem eſt pertrāſire lineam hanc &
illam:nō ſolum enim lineam:ſed etiā in loco
collocatam pertrāſit. Atq; hæc & illa in diuer
ſis ſunt locis. Sed exacte quidē de motu aliis ī
locis eſt dictū. Videtur autē nō in omni tem
pore eſſe perfectus. Sed multi ſunt imperfe-
cti ſpecieq; diuerſi ſiquidē ipſi termini ſpeciei
ſunt affectores. At uoluptatis ſpecies quouis
in tempore eſt pfecta. Patet igitur uolupta-
tem & motum diuerſa eſſe:& uoluptatem ex
iis eſſe quæ tota ſunt & pfecta. Id & ex eo ita
eſſe conſtat:quia moueri quidē in non tēpo-
re nihil poteſt:uoluptate autem affici poteſt.
Quod enim in ipſo nunc eſt:totum eſt quod
dam. Ex his aūt patet nō bene dici uoluptatē
motū eſſe uel generationem nō enim omniū
hæc dicunt̄ ſed partibiliū & nō totorum. neq;
enim uiſionis:neq; puncti:neq; unitatis ē ge-

neratio neq; quicq̃ horũ eſt motus uel genera
tio. Quare neq; uoluptas: eſt enim quoddam
totum. At uero ſenſus omnis ad ſenſibile eſt
operatio quædã: pfecta autẽ eius qui bene eſt
diſpoſitus ad id quod eſt pulcherrimũ eorũ q̃
ipſi ſubiiciuntur: tale enim maxime uidet̃ eſſe
operatio ipſa perfecta: atq; nihil interſit ſiue
ipſe ſiue id in quo eſt ipſe operari dicatur. In
omni quoq; genere pſtabiliſſima eſt eius ope
ratio qđ optime diſpoſitũ ad id quod eſt præ
ſtabiliſſimũ eorum quæ ipſi obiiciuntur. hæc
aũt pfectiſſima ẽ & iucundiſſima. In omni nã
q; ſenſu uoluptas eſt & ĩ mẽte ſimili modo cõ
tẽplationeue. Iucundiſſima aũt eſt ea q̃ eſt per
fectiſſima pfectiſſima aũt eſt ea q̃ eſt eius qđ
bene ſeſe habet ad id qđ eſt ſtudioſiſſimũ eorũ
quæ cadunt ſub ipſam: uoluptas autẽ perficit
operationem. Atq; nõ eodẽ modo uoluptas
perficit ac ſenſibile & ſenſus: ſi ſunt ſtudioſa:
queãdmodum neq; ſanitas medicuſue ſimili-
ter cauſæ ſunt ĩ quiſpiam ualet. In unoquoq;
aũt ſenſu uoluptatẽ fieri cõſtat. Dicim⁹ enim
uiſiones ac auditiones uoluptatẽ afferre. Cõ-
ſtat autem & maxime tum cũ ſenſus eſt præ-
ſtantiſſimus: & circa tale operatur. Atq; cum
talia ſunt ipſum ſenſibile id qđ ſentit erit ſem
per uoluptas ſi eſt quod agat & quod patiat̃.
Perficit autem operationem uoluptas nõ ut

habitus:ſed ut pullulans quidam finis: perin de atq; pulchritudo in iis qui uigent ætate At q; quouſq; ipſum ſenſibile uel intelligibile & id quod diſcernit uel contemplatur tale ſit q̃le eſſe oportet:erit in operatione uoluptas Nã cum ſunt ſimilia ipſum paſſiuum atq; actiuũ & inter ſeſe modum habent eundem idem: ſemper natura fieri ſolet.

¶ Quomodo igitur nemo continue uolu ptatem capit. An defatigatur. Omnia huma na nequeunt continue operari. neq; uoluptas igitur continue fit:ſequitur enim operatio nem. Nõnulle autem res cum nouæ ſunt de lectant:ſed poſtea nõ ſilr̃ ꝑpter hæc ipſa. Pri mo namq; inuitatur mens:& circa illas opera tur intenſe quẽadmodum operantur uiſu qui inſpiciunt. deinde non fit talis ipſa operatio: ſed neglectior. Quapropter & uoluptas exte nuatur ac offuſcatur. Putauerit autem quiſpi am omnes ideo uolutatem appetere:quia ui uere etiã omnes affectant. Vita uero quedam eſt operatio. Atq; circa ea quilibet & iis opaẽ que & maxime amat:ut muſicus q̃dem audi tu circa cantus: auidus uero diſcendi mente circa res contemplandas. Eodemmodo & ſin gulic ceterorũ. Voluptas autem preficit ope rationes:& ipſum etiã uiuere quod appetunt Cum ratione igitur & uoluptatem affectant.

perficit enim ipſum uiuere uniuſcuiuſq; qđ expetibile eſt. Quærere uero utrum ob uoluptatē uiuere expetamus: an uoluptatem ob uitā: miſſum in præſentia faciamus. Coniuncta enim hæc eſſe uidentur & non ſuſcipere ſeparationem: nā & ſine operatione uoluptas non fit: & omnem operationem perficit ipſa uoluptas.

Capitulum. V.

u Nde & ſpeciæ uoluptates differunt: nam ea quæ ſunt diuerſa ſpecie a diuerſis perfici putāmus. Sic.n. ſunt & ea q̄ a nā & ea q̄ ab arte conficiuntur: ut aīalia arbores pictura ſtatua domus uas & ſimilia. Similiter igitur & operationes differētes ſpecie a differentibus ſpecie proficiſcuntur. operationes autem mentis ab operationibus ſenſus: & hæ rurſus inter ſeſe differunt ſpecie: igitur & uoluptates quæ ipſas pficiunt. Hoc autem & ex eo patebit quia unaquæq; uoluptas eſt ei propria operationi quam perficit. propria enim uoluptas auget operationem. Qui nāq; cum uoluptate operantur ſingula magis diſcernunt atq; exactius compræhendunt: ueluti geometræ fiunt qui geometrica

gaudent cõtemplatione:magiſq; intelligunt ſingula. Simiter & qui muſicam amãt: & qui edium extruendarum delectantur arte. cæterorumq; ſinguli omnes in opere proficiunt proprio hoc ipſo ſe oblectantes. Voluptates igitur augẽt operationes. At ea quæ augent propria ſunt. Quæ uero diuerſis ſpecie propria ſunt & ipſa diuerſa ſpecie ſunt. Præterea magis hoc ex eo uidebitur ita eſſe:quia uoluptates quæ a diuerſis ſunt impediunt actiones. Qui nãq; fiſtulis delectantur nequeunt mentem ſermonibus adhibere ſi quempiã audierint modulantem magis modulandi gaudentes arte q̃ operatione præſenti. Voluptas igitur ea quæ a modulandi facultate prodit operationem quæ eſt circa ſermones corrumpit. Hoc idem & in cæteris uſu uenit cum circa duo ſimul qſpiã operatur. Operatio nãq; iucundior alteram excludit:& ſi multũ uoluptate præcellat magis extrudit:atq; adeo ut neq; operetur per illam. Quo circa cum uehementer aliqua re gaudemus non ualde aliud agimus & alia facimus:cum parũ nobis alia placent ut & in ſpectaculis qui bellaria edunt id maxime faciunt:cum uiles ſunt qui contentum. Cum igitur propria quidem uoluptas exactas operationes reddat & diuturniores ac meliores efficiat, alienæ uero extenuẽt atq;

corrũpant. Conſtat ipſas inter ſeſe uehemen ter diſtare. Alienæ nãq; uoluptates id fere qđ proprii dolores efficiunt. Et enim ꝓprii do- lores operationes ipſas corrumpunt: ut ſi hu ic ſcribere: illi rationem ſubducere: iniucundũ eſt atq; mœleſtum. hic non ſcribit: ille ratione non ſubducit: quippe dolorem cũ afferat ope ratio. Circa igitur operationes contrarium a propriis uoluptatibus accidit & doloribus. Atq; uoluptates doloreſue proprii ſunt qui i operatione p ſeipſam fiunt. Alienas uero uo- luptates ſimile quid ei facere diximus quod ipſi dolores efficiunt. Corrumpunt enim & ſi non ſimiliter operationes. Cum autem ope- rationes probitate differant atq; improbita- te: & aliæ quidem ſint ex petendæ. aliæ uero fugiendæ: & aliæ neutræ: ſimiliter ſeſe habent & uoluptates: nã unicuiq; operationi eſt pro pria quædam uoluptas. Quæ igitur ſtudioſæ ꝓpria eſt ea & ꝓba: quæ uero prauæ ea eſt im proba: etenim & cupidiates honeſtarũ quidē laudabiles ſunt turpium uero uituperabiles.

¶ Magis autē propriæ ſunt operationibus uoluptates quæ ſunt in ipſis q̃ ipſæ cupidita- tes: nam hæ quidem ſeiunctæ ſunt & tempo- ribus & natura: illæ uero ꝓpinquæ ſunt ope- rationibus: atq; adeo indiſtinctæ ut conten- tio ſit ſi idem ſit operatio & uoluptas. Non ta

men ipſa uoluptas mentis eſſe uidetur operatio neq; ſenſus. Eſt enim abſurdum Sed quia non ſeparatur: idem quibuſdam uidetur. Vt igitur operationes ſunt diuerſæ: ſic & uoluptates. Differt autem uiſus a tactu puritate: & auditus ac odoratus a guſtu. Similiter igitur & uoluptates differunt: & ab his item eæ quæ ſunt mentis. Et hæ rurſus differentiã inter ſeſe ſuſcipiunt. Videtur autem unicuiq; animalium & propria quædã eſſe uoluptas ſicut & opus. Eſt enim ea quæ cõmitatur operationem In ſingula etiam intuenti id ita eſſe patebit. Alia nãq; uoluptas eſt equi: alia canis alia hominis: quemadmodum & Heraclitus dicit: aſinum ſtramina magis optare q̃ aurũ. Aſinis enim pabulũ auro iucundius eſt. Voluptates igitur eæ quæ ſunt diuerſorum ſpecie differunt ſpecie. Eas uero quæ ſunt eorũdem conſentaneum eſt rationi diuerſas nõ eſſe. In hominibus autẽ mediocriter diſcrepant. Eadem enim alios dolore afficiunt: alios delectant & aliis quidem mœleſta ſunt odioq; habentur. Aliis uero iucunda ac amabilia. Hoc & in dulcibus accidit. Non enim eadem dulcia febricitanti atq; ſano uidentur: neq; calidũ idem infirmo: atq; optimã habitudinem habitudinẽ habenti uidetur. Similiter & in aliis accidit. In omnibus antem talibus id eſſe tale

conſtat quod ſtudioſo uidetur. Quod ſi hoc recte dicitur: queadmodum & apparet & eſt atq; uirtus & bonus hocipſo quo talis eſt omnium eſt menſura: erunt & uoluptates profecto quæ huic uidentur & iocunda quibus gaudet ipſe. Atq; non mirũ eſt ſi ea quæ huic moeleſta ſunt: alicui uideantur eſſe iocnnda. Multæ: nãq; corruptelæ deprauationeſq; hominũ fiunt: iocunda autem non ſunt: ſed his & ita diſpoſitis. Eas igitur quæ ſunt ſine controuerſia turpes conſtat non eſſe dicendum uoluptates eſſe niſi corruptis. Earum uero quæ probæ uident̃ eſſe: qualem aut quam dicendum eſt hominis eſſe. An ex operationibus cõſtat: has enim ipſæ uoluptates ſequũtur. Siue igitur una ſit ſiue plures operationes perfecti uiri atq; beati: eæ uoluptates q̃ has perficiunt proprie dicendæ ſunt hominis uoluptates. Cæteræ uero ſecundo & perparum quemadmodum & operationes.

¶ Tractatus ſecundus. ¶ Caplm.I.

d Ictis aũt iis quæ ad ipſas uirtutes ac amicitias uoluptateſq; ptinent: de fœlicitate figura dicere reſtat: quippe cum finem humanarum rerum ipſam eſſe ponamus. Si igitur ea quæ prius ſunt dicta repetierimus: orationem ſane fecerimus breuiorem. Diximus itaq;

fœlicitatem habitum non eſſe: ineſſet enim dormienti & plantarum uita uiuenti & in calamitatibus maximis cõſtituto. Quod ſi hæc non placent: ſed ponendum eſt potius ipſam operationem eſſe quandam ut prius eſt dictũ & operationũ aliæ ſunt neceſſariæ & ob alia: aliæ per ſeipſas ſunt expetibiles: perſpicuum eſt fœlicitatem earum aliquã operationũ eſſe quæ ſunt per ſe & nõ ob aliud expetendæ. Fœlicitas enim nullius indiget rei. Sed eſt ex ſeſe ſufficiens. Operationes autem eæ per ſe ſunt expetibiles a quibus nihil præter operationẽ quæritur. Tales uero uidenẽ eſſe actus ii qui a uirtute proficiſcunẽ: honeſta nãq; ſtudioſaq; agere ex iis eſt quæ per ſe expetuntur: & item ludorum ii qui ſunt iocundi: nõ enim ob alia ipſos expetunt. Damna nãq; potius ex ipſis q̃ commoda ſuſcipiunt & corpus & patrimonium negligentes. Confugiunt autem ad talia oblectamenta & plæriq; eorũ qui beati eſſe dicuntur. Quapropter apud tyrãnos in præcio habenẽ ii q intalibus oblectamentis ſunt dextri. In iis enim ſeipſos præbent iocundos quæ illi affectant indigent autem talibus. Videntur igitur hæc ad fœlicitatẽ ptinere: propterea ꝙ hiſce uacant homines ii qui ſunt in poteſtatibus conſtituti. At nullum fortaſſe ſignum tales ſunt homines. Nã nec uirtus in

poteſtatibus nec intellectus cõſiſtit: a quibus operationes ſtudioſæ ꝓficiſcuntur. Nec ſi illi cum ſincerã liberalemq́ꝫ uoluptatẽ non deguſtarint ad corporis cõfugiunt uoluptates propterea putandum eſt has magis expetibiles eſſe: & pueri enim quæ apud ſeipſos ĩ præcio ſunt præſtabiliſſima eſſe putant. Cõſentaneum igitur eſt rationi ut pueris & uiris diuerſa præcioſa eſſe uident: ſic & prauis & ſtudioſis uideri. Vt igitur ſæpe dictũ eſt: & ꝑcioſa & iocunda ſunt ea quæ ſtudioſo uiro talia ſunt. Vnicuiq́ꝫ autem ea eſt operatio maxime expetibilis quæ ab habitu ꝓprio prodit: & ſtudioſo igitur ea quæ proficiſcitur a uirtute. Fœlicitas ergo nõ in ludo iocoue cõſiſtit. Etenim abſurdũ foret humanũ finẽ iocum eſſe: & negocia multa mœleſtiaſue per totã uitam cauſa iocandi ſuſcipere. Cuncta enim fere ꝑter fœlicitatem alterius petimus gratia: hæc enim eſt finis. Studere autẽ & laborare gratia ioci ſtultum profecto nimiſq́ꝫ puerile habetur eſt. Iocari uero ut ſtudeas ſecundũ ſñiam Anacharſidis recte ſeſe habet. Iocus enim requieti ſimilis eſt. Atq́ꝫ cũ continue nequeant homines laborare: indigent requiete. Non eſt igitur ipſa requies finis: fit enim gratia operationis. At uero uita fœlix in uirtute cõſiſtit. Hæc aũt uita cũ ſtudio eſt & ĩ ſeriis: ſed nõ ĩ ioco cõſiſtit.

Atq; ea quæ ſtudioſa ſunt ſeriaue: præſtabiliora ridiculis & iis quæ ioco fiunt: & operationem ſemꝑ melioris & partis & hominis ſtudioſam magis dicimus eſſe. Melioris uero p̄ſtabilior eſt & ad fœlicitatem iam magis attinens. Frui præterea quiuis & mancipium uoluptatibus corporis nõ minus q̃ optimus homo poteſt. At fœlicitatem nemo mancipio tribuet: niſi & uitam tribuerit ſtudioſam. Fœlicitas enim non in talibus conſiſtit modis uidi: ſed in operationibus quæ a uirtute proficiſcuntur: ut prius etiam diximus.

¶ Capitulum. II.

q Vod ſi fœlicitas operatio eſt per uirtutem: cõſentaneum eſt rationi ꝑ eam eſſe quæ eſt præſtabiliſſima: hæc autẽ eius fuerit qđ eſt optimũ. Siue igitur mens ſit hoc ſiue aliquid aliud: quod quidẽ natura dominari uidet̃ ac imparare & animaduerſionem habere de honeſtis diuiniſq; rebus: aut quia diuinũ & ipſum eſt: aut quod eorũ quæ ſunt in nobis eſt diuiniſſimũ huius operatio ꝑ uirtutem propriã ipſa fœlicitas fuerit beatitudoq; perfecta. Dictum eſt aũt ipſam eſſe cõtemplationẽ. Atq; cõſentaneũ hoc & antea dictis & ueritati uidebitur eſſe: hæc enim operatio præſtabiliſſima eſt: quippe cũ & mens ſit eorũ quæ ĩ nobis in-

ſunt præſtantiſſimũ:& ea circa quæ mens uerſatur cognoſcibiliũ pſtabiliſſima ſint. Eſt prætereca cõtinua maxime. Nã cõtemplari magis cõtinue q̃ agere quoduis poſſumus. Arbitramur pterea fœlicitati uoluptatem admixtam eſſe oportere. Iocundiſſima autem operationum uirtutum eſt ea haud dubie quæ per ſapipientiã prodit. Itaq; phia mirabiles tũ puritate tũ firmitate uoluptates hẽt. Atq; Cõſentaneũ eſt rationi ſcientibus q̃ querentibus oblectamentum ipſum iocundius eſſe. Ipſa quoq; ſufficientia maxime fuerit in cõtemplatione. Nam & ſapiens & iuſtus & cæteri rebus iis indigent quæ neceſſarie ſunt ad uitam. Sed ſi ſatis his talia adſunt: iuſtus quidem eorum indiget ad quos & cũ quibus egerit iuſte. Et temperans item ac fortis & ſinguli cæterorum: At ſapiens ſi ſolus etiam ſit contemplari poteſt:& quo ſapiẽtior eſt eo magis poteſt. Melius autem fortaſſe ſi habeat adiutores. Attamen ſufficientiſſimus ipſe eſt.

¶ Præterea pp ſeipſam amari ſola uidetur. Nihil enim ab ipſa fit pter hoc contẽplatũ in quã eſſe. At cũ agimus pter ipſam actionem aut plus aliqd aut minus aſſequimur. Videt etiã in ocio fœlicitas ipſa conſiſtere. Negocia nãq; ſuſcipimus ut ociũ habeamus:& bellũ gerimꝰ ut i pace degamus: Opationes igit acti-

uarum uirtutū ciuilibus aut bellicis in rebus uerſantur. Actiones autē quæ in his fiunt negocioſe ſunt. Atq; bellice quidem & omnino. Nemo nāq; bellū expetit gerere gerendi gratia belli: neq; bellum ob bellum parat: uidebitur enim crudelis quidam & ſanguinolentus pœnitus eē: ſi faciet amicos hoſtes: ut pugnæ cædeſq; fiāt. At & ipſius ciuilis negocioſa eſt: & præter ipſam adminiſtrationē poteſtates cōparantis atq; honores aut felicitatē ſibiipſi & ciuibus: quæ quidem diuerſa eſt a ciuili quā quærimus ut diuerſam. Si igiť ciuiles qdē & & bellicæ actiones cæteris actibus q a uirtutibus ꝑficiſcunť pulchritudine: magnitudineq; p̄cellunt: hæ uero negocioſæ ſunt: atq; aliquē finem affectant & nō propter ſeipſas ſunt expetibiles: mentis autē operatio & ſtudio antecellit cū contemplatiua ſit: & præter ſeipſam nullū affectare pœnitus finem: habereq; uoluptatem propriam: quæ quidē operationē ipſam exauget. Sufficientia inſuper: ociū: defatigationis uacuitas ut humana & quæcunq; alia uiro tribuuntur beato ꝑ hanc operationē illi ineſſe uidentur: ꝑfecta fœlicitas hominis fuerit hæc profecto ſumpta longitudine uitæ perfecta. Nihil enim fœlicitatis eſt imperfectū Talis aūt uita ſuperat hominis naturā. Non enim hoc ipſo quo homo eſt: ita uiuet:

ſed quo eſt quid in ipſo diuinum. Quantum igitur hoc ab ipſo compoſito differt tantum & huius operatio diſtat ab ea: quæ a uirtute alia proficiſcitur. Quod ſi mens diuinum ad ipſum hominem eſt & uita quæ ab hac manat diuina eſt reſpectu ipſius uitæ humanæ. Oportet autem non quẽadmodum monent quidã humana nos ſapere cum ſimus homines: aut mortalia cũ ſimus mortales: ſed quo ad fieri põt imortales noſipſos facere. Cunctaq; efficere: ut ea uita uiuamus: quæ ab eo maneat: quod eſt eorum quæ in nobis inſunt præſtabiliſſimum. Nam tam & ſi parum eſt mole: ui tamen & præcio multum omnibus antecellit. Videbitur autem & unuſquiſq; hoc eſſe ſiquidem præcipuũ eſt & melius. Abſurdum igitur eſſet ſi non ſuam ſed alicuius alterius expeteret uitam. Id iſuper quod dictum eſt antea nunc etiam accõmodabitur. Quod eſt enim natura unicuiq; propriũ id optimũ unicuiq; & iocundiſſimũ eſt. Et homini igiẽ ea uita quæ ab ipſa pficiſciẽ mente ſiquidẽ maxime hoc eſt homo: hæc ergo eſt & fœliciſſima uita.

Capitulum. III.

[S]Ecundo aũt eſt ea uita quæ a uirtute alia manat. Operationes enim q̃ ab hac pdeunt humanæ ſunt. Nã iuſta & fortia & cætera quæ a uir-

tutibus proficiſcuntur iter noſipſos agimus in cõmertiis & neceſſitatibus atq; actibus cõmunibus & item affectibus unicuiq; ſeruãtes decorũ. Hæc autẽ omnia cõſtat eſſe humana. Nõnulla aũt & a corpore ꝓuenire uidenẽ: & multũ uirtus morũ cũ affectibus iuncta eſt. Cõiuncta eſt etiã & prudẽtia moris uirtutis: & hæc prudentiæ: ſi principia quidẽ prudentiæ a uirtutibus ipſis emergant. Rectũ uero moris uirtutũ a prudentia manat: cũ autẽ hæ ſeſe ſic habeant ut a ſe mutuo pendeant: ſintq; cõiunctæ affectibus: circa ipſum cõpoſitũ fuerint. At cõpoſiti uirtutes humanæ ſunt. Quare & ea uita quæ ab ipſis ꝓficiſciẽ & fœlicitas humana eſt. Mentis aũt eſt ſeparata. Atq; tantum de ipſa ſit dictũ. Exacte nãq; dicere ꝓpoſito maius eſt uidebitur autẽ & externa affluentia perparũ aut indigere q̃ mortalis. Opus eſt enim utriſq; neceſſariis reb⁹. Atq; ſitæque: q̃q̃ circa corpus & res tales ciuilis homo magis elaborat: parua enim differentia fuerit. In operationibus aũt nõ mediocriter different. Etenim liberali quidẽ ad liberalitatis operationes exercendas: & iuſto ad retributiones pecuniis opus erit. Voluntates enim nõ ſunt manifeſtæ. Simulant aũt & q nõ ſnnt iuſti agere iuſte uelle. Forti aũt opus eſt potentia: ſi agit aliquid eorũ quæ a uirtute ꝓficiſcunẽ: & ptãte

etiã tẽperanti. Quo nãq; modo aut hic aut cæterorum quiſq̃ manifeſtus erit. Quærit autẽ utrum magis propriũ ſit uirtutis electio: an ipſi actus: quippe cũ in utriſq; uirtus cõſiſtat. Atq; cõſtat in utriſq; pfectũ ipſum cõſiſtere. Ad actus aũt multis indiget: & quo maiores pulchrioreſq; ſunt eo pluribus indiget. At cõtemplanti nullis huiuſcemodi rebus ad operationem eſt opus. Quin & impedimento fere ſunt ad cõtemplationẽ. Sed hoc ipſo quo homo eſt atq; cũ pluribus uiuit expetit ea agere quæ a uirtute pficiſcuntur. Indigebit igitur talibus ad ea agenda quæ ad hominẽ ſpectant.

¶ Atq; fœlicitatẽ pfectã cõtemplatiuã quãdam operationẽ eſſe hinc quoq; fuerit manifeſtũ. Deos enim maxime beatos eſſe putamus atq; fœlices. At quos nam actus tribuere illis oportet: iuſtos ne. An ridiculi uidebuntur: ſi cõmutent & depoſita reddant: & hmõi cætera agant. At fortes ne. propterea q formidoloſas res ſuſtinent periculaq; ſubeunt honeſtatis ipſius cauſa. At liberales. At cui nã dabũt. Abſurdum eſt inſuper ſi nũmos etiã habeant aut aliquod tale. At tẽperãtes. Ad quidnã fuerint. An laus eſt ĩportuna: ſi prauas dii cupiditates nõ habere dicanẽ. Ita pomnia diſcurrenti cuncta q̃ ſunt circa actus parua q̃dã & nõ digna diis ĩmortalibus ſane uidenẽ. At uero ui-

uere ipſos uniuerſi putãt. Quare & operari. Nõ enim oportet illos ut Endymionẽ aiunt dormire. Viuenti igitur ei cui actio: & multo magis effectio nõ tribuiť: qdnã aliud p̃ter cõtemplationẽ reſtat. Quare dei operatio p̃cellens beatitudine cõtemplatiua ſine cõtrouerſia fuerit. Et humanarũ igitur operationũ ea homo ẽ ſumme fœlix quæ illi maxime eſt conata. Signum eſt huius & animalia cætera fœlicitatis expertia eſſe: tali pœnitus operatione priuata. Nã diis quidẽ tota eſt uita beata: talem habentibus operationẽ: hominibus autem quo ad ipſos talis operationis quædã ineſt ſimilitudo. At animaliũ cæterorũ nullum prorſus eſt fœlix: q̃ppe cũ nulla ex parte particeps ſit cõtẽplationis. Quouſq; igiť cõtemplatio ſeſe extendit: eouſq; ſeſe extendit & fœlicitas ipſa: & q̃bus cõtemplatio magis ineſt: iis: & fœlicitas magis ineſt: nõ p accidens quidem: ſed p ipſam utiq; cõtemplationem: hæc enim p ſeipſam eſt præcioſa. Quare fœlicitas cõtemplatio fuerit quædã. Eſt aũt opus huic & proſperitate externa: cũ ſit homo. Nã nãq; ipſa nõ eſt ad cõtemplandũ ſufficiens: ſed corpus ſanũ eſſe oportet: & alimenta reliquũq; famulatũ adeſſe. Nõ tamen putandũ eſt multis ac magnis ei opus fore qui futurus eſt fœlix: ſi fieri nõ poteſt ut ſit beatus ſine bonis ex

ternis. Neq; enim ſufficiẽtia neq; iudiciũ neq; actus ĩ exuperatione cõſiſtit. Sed fieri poteſt ut & nõ principes terræ ac maris agant honeſta. Etenim a mediocribus fœlicitatibus poteſt quiſpiam agere per uirtutẽ. Atq; id clare cernere licet. Priuati nãq; nõ minus agere uidentur res bonas q̃ qui ſunt ĩ ptantibus cõſtituti; imo etiã magis. Satis autẽ eſt tot facultates habere. Erit enim eius uita fœlix qui p ipſam operatur uirtutẽ. Solũ etiã bene fortaſſe de fœlicibus ſenſit; q quidẽ eos eſſe fœlices dixit: qui mediocriter res habuerũt externas & pulcherrimas res ut putabat egere: modeſteq; uixere. Fieri enĩ põt ut mediocria poſſidentes agant ea quæ agere oportet. Videtur autẽ & Anaxa. nõ locupletẽ neq; potentem fœlicem ipſum exiſtimaſſe: cũ dixiſſet ſe nõ mirari ſi abſurdus quidam multitudini uideatur. Hæc enim ſentiens res ſolum externas his iudicare tantũmodo ſolet. Conſentanæ igitur noſtris ſentẽtiis & ſapientũ opiniones ſunt. At enim habẽt quidem & talia quãdam fidẽ. Veritas tñ in iis quæ in actionem ueniunt ex operibus iudicať & uita. In his enim p̃cipue certitudo ueritatis cõſiſtit. Cõſiderare enim oportet ea quæ antea dicta ſunt ad opera referentes & uitã. Et ſi cõſona ſunt operibus accipiẽda ſunt. Sin uero diſcrepãt: uerba ſunt tm̃

putanda. At uero qui mente operatur & eam colit diſponit optime: is & amiciſſimus diis immortalibus eſt. Nam ſi dii curam humana rum rerum ut exiſtimatur aliquã habent: rationi ſane conſentaneum fuerit ipſos eo gaudere quod eſt optimum maximeq; ſibi cognatum: hoc autem fuerit ipſa mens: & ĩ eos qui maxime hoc amant atq; honorant beneficia uiciſſim conferre tanq̃ curam iis quæ ſibi ſunt chara: ac diligentiã adhibentes & recte beneq; agentes. At cõſtat hæc omnia maxime ſapienti ineſſe. Amiciſſimus igitur ſapiens ipſe diis immortalibus eſt. Eundem autem conueniens eſt & fœliciſſimũ eſſe. Quare ſapiens hoc quoq; modo maxime fuerit fœlix.

Capitulum. IIII.

a T enim ſi de his atq; uirtutibus & iſup de amicitia uoluptateue ſatis figura diximus. Eſt ne putandum noſtrum propoſitum iam finem habere. An quemad modum dicitur non eſt hoc in rebus agendis finis: perſpexiſſe cognouiſſeq; ſingulas: ſed potius agere. Nec de uirtute ſcire ſat eſt: ſed enitendum eſt ipſam habere ac uti: uel ſi quo alio modo boni efficiuntur. Si igitur uerba ſufficerent ad faciendos homines bonos: multas iu

re mercedes ſecundũ Theognidem atq; ma-
gnas afferrent:& cõparare ea oportet. Nunc
uero iuuenes quidem liberos hortari ac pro-
uocare:moribuſq; ingenuis:ueræq; honeſta-
tis amatoribus idoneis ad obtemperandum
educatione bona iam factis perſuadere uerba
poſſunt. Vulgus autem ad probitatem inci-
tare nequeunt:non enim ſunt tales ut ob pu-
dorem obtemperent.ſed ob mœtum : nec ut
a prauis ob turpitudinem abſtineant rebus:
ſed ob pœnam:nam quia affectibus uiuunt:
perſequuntur quidem proprias uoluptates
& ea quæ illas efficiunt.Fugiunt autem dolo-
res oppoſitos.Honeſtatis autem uolutatiſq;
uere nullam prorſus habent animaduerſio-
nem:quippe cum eas non deguſtarint. Tales
igitur quænam uerba traducere moderariq;
poſſent. Fieri enim non poteſt:aut nõ facile
fit ut ea uerbis mutentur ac extrudantur quæ
impræſſa ſunt moribus tẽporeq; diuturno re
tenta. Amabile autem eſt fortaſſe ſi cum om-
nia eſſent qbus boni fieri uidemur particeps
uirtutis efficiamur. Fieri uero bonos alii natu
ra:alii conſuetudine:alii doctrina putant:na-
tura igitur ut conſtat nõ in noſtra eſt poteſta
te:ſed ineſt iis hominibus per cauſam quandã
diuinam:qui uere ſunt fortunati. Verba au-
tem perceptione ſue nõ in omnibus uires ha

bent:ſed opus eſt auditoris animũ antea moribus eſſe cultũ ad recte gaudendum ac abhorrendum perinde atq; terrã quæ ſemina ſit nutritura. Qui nãq; uiuit cũ pturbatione nõ audiet ea uerba quæ dehortãtur:neq; intelliget. Is uero qui ita diſpoſitus eſt:qui fieri poteſt ut diſſuadenti obtemperet. Omnino autẽ nõ uerbis ipſa perturbatio:ſed ui cedit:mores igitur præcedãt aliquomodo uirtuti familiares oportet amantes bonũ atq; abhorrentes a turpi. Difficile autẽ eſt ut ab adoleſcentia recte quis ad uirtutem iſtituatur nõ ſub talibus legibus educatus. Modeſte nãq; uiuere cõtinẽterq; plæriſq; hominibus præſertim & iuuenibus nõ eſt iocundum. Quapropter educatio educationem atq; officia a legibus iſtituta eſſe oportet. Nõ enim dolorem afferẽt ſi fuerint cõſueta. Fortaſſe autem nõ ſufficit dum ſunt adoleſcentes rectã educationem & curam eſſe adeptos ſed cũ oporteat uiros quoq; factos ipſa agere ac aſſueſcere & i his & omnino omni i uita legibus eſt opus:multitudo enim neceſſitati potius q̃ rationi & pœnis q̃ honeſtati paret. Iccirco ſunt qui legũlatores oportere cenſent ad uirtutem inuitare ac prouocare honeſtatis gratia:ꝑpterea ꝙ ii q probi ſunt ob conſuetudinẽ præcipue obtemperabunt. Aduerſus autẽ iobedientes & hebetiores ige-

nio caſtigationes pœnaſq; inſtituere. At eos qui curari ad emendari nequeunt: extrudere atq; exterminare: probũ enim hominẽ & ad honeſtatem uiuentem rationi obtemperaturum inquiunt eſſe. Improbũ uero uoluptatẽ affectãtem dolore afficiendũ eſſe perinde atq; iumentum. Quapropter & eos dolores afferri oportere dicunt: qui maxime cõcupitis uoluptatibus aduerſantur. Quod ſi eum qui bonus futurus ſit bñ educatu ut dictũ ẽ ac moribus bonis aſſuefactũ eſſe oportet: deinde bonis in exercitiis uiuere: & neq; inuitum neq; ſponte res agere prauas: hæc autem fuerint ſi mente aliqua rectoq; ordine uires habente utatur. Opus eſt mente ꝑfecto: munere cuius ita hæc euenire poſſint. Igitur patris quidem ꝓceptio uires nõ habet neq; neceſſitatẽ: neq; ullios omnino unius uiri: niſi ſit rex aut aliqs talis. Lex autem uim habet cogentem: quæ q dem eſt ſermo ab aliqua prudentia atq; mente profectus. Et homines quidem eos odiſſe ſolent: qui appetitionibus aduerſant: & ſi recte idipſum faciunt. Lex autẽ nõ eſt eis mœleſta probitatẽ iubens. In ſola aũt Lacædemoniorum ciuitate cũ aliis paucis curam adhibuiſſe i educatione atq; officiis legiſlator uidet. In pluribus aũt ciuitatibus tales res ſunt neglectæ. Et ita unuſquiſq; uiuit ut ſibi placet

ritu Cyclopũ filios regens atq; uxorem. Præ ſtabiliſſimum igitur eſt diligentium rectãue curam adhibere cõmunem: idq; ipſum facere poſſe. Quod ſi negligitur publice ad unumquemq; pertinet filios ſuos atq; amicos ad uirtutem dirigere uel ſaltem uelle dirigere. Atq; maxime idipſum poſſe uidebitur ex his quæ diximus: idoneus ad leges ferendas factus. Publicas igiť diligentias atq; curas p leges fieri cõſtat: bonas autem p ſtudioſas. Nec interesse quicq̃ uidetur: ſcriptæ ſint an nõ ſcriptæ unus an plures per illas inſtituantur: ut & in muſica exercitandiq; facultate & eruditionibus cæteris hoc nihil refert. Nam ut in ciuitatibus leges ac mores: ſic & i domibus poſſunt paterni ſmones ac mores: quinetiam magis ob cognationẽ beneficiaq; collata. Sunt enim ipſi filii iampridem affectione deuincti & facile obtemperantes natura. Differunt inſuper & inſtituta priuata a publicis perinde atq; in medicina. Vniuerſaliter enim febricitanti cõfert inedia & quies: at alicui forſitan non conducit. Magiſter quoq; ludi non omnibus fortaſſe pugilibus eandem pugnam imponit. Singula autem magis exacte fieri uidebuntur adhibita cura diligentiaq; priuata. Magis enim id adipiſcitur unuſquiſq; quod congruum eſt. Atq; optime quidem in ſingulis cu-

ram ac diligentiam adhibuerit:& medicus & ludi magiſter & quiuis alius qui hoc uniuerſa e ſcit:omnibus inquam aut talibus hoc eſſe accõmodatum. Sciẽtiæ enim communis ipſi us eſſe dicuntur & ſunt. Nihil tamen forſitan obſtat quin & is qui ſcientiæ quidẽ eſt expers: exacte autem ea perſpexit experientia quæ in unoquoq; accidunt rectam in uno aliquo dili gentiam adhibeat atq; curam: quemadmo= dum & quidam optimi ſibiipſis eſſe medici uidentur qui tamen nulli alii poſſunt opem afferre. Verum non minus forſitan oportere uidebitur eum qui uult artifex & contempla= tor euadere ad uniuerſale pergere atq; illud ut fieri poteſt cognoſcere. Dictum eſt enim ſcientias circa hoc ipſum uerſari. Fortaſſe au tẽ & is qui uult ſua cura diligẽtiaue meliores facere ſiue multos ſiue paucos enitatur opor tet ut ad ferendas leges aptus euadat: ſi boni legibus fieri poſſumus: non eſt enim cuiuſ= uis quemuis recte diſponere. Sed ſi alicuius eſt;ſcientis eſt; ut in medicina fit & in cæteris facultatibus:quarum eſt aliqua cura atq; pru= dentia. Hæc cum ita ſint: cõſiderare poſt hoc oportet unde nã & qũo quiſpiã legumlator euaſerit. An ab his qui remp. gerunt: queãd= modũ & in cæteris facultatibus fieri ſolet. Nã pars ciuilis eſt ipſa ferendarum legũ facultas

An nõ ſimiliter i ciuili & cæteris facultatibus fit & ſcientiis. Nam in cæteris quidem iidem tradunt facultates: & per ipſas operantur: ut medici atq; pictores. Res autem ciuiles doce-re quidẽ pollicentur ipſi ſophiſtæ: nemo aũt ipſorum agit. Sed ii qui rẽp. gerunt: qui qui-dem potẽtia quadam id agunt & experientia potius q̃ mẽte: neq; enim ſcribunt de talibus neq; loquuntur: quod tamen præclarius forſi tam eſſet q̃ iudiciales orationes uel deliberati uas cõponere. Neq; filios ſuos aut amicorũ ullos idoneos ad gubernãdũ remp. efficiunt. Erat autem conſentaneum rationi ſi poſſent. Neq; enim melius quicq̃ ciuitatib⁹ reliqſſent: neq; ſibiipſis aut chariſſimis aliud magis op-taſſent q̃ talia poſſe. Nõ tamen parum experi entia cõferre uidetur. Nõ enim fierent per ci-uilem cõſuetudinem ad gubernãdum remp. aptiores. Quapropter iis qui de re ciuili cu-piunt ſcire: experientia inſuper opus eſſe con-ſtat. Sophiſtæ autẽ ii qui facultatem hãc pro fitentur tradendi uiam ignorant. Neq; enim quale quid eſt: neq; circa quæ uerſetur omni-no ſciunt. Non enim ipſam & oratoriam fa-cultatem idem neq; inferiorem ponerent: cõ gregatis iis legibus quæ ſunt probatæ. Fieri enim poſſe dicunt ut optime deligãtur pro inde quaſi ſelectio nõ eſſet ſegacitatis: & iudi-

care recte non eſſet maximum:ut in muſicis. Qui nãq ſunt iis ſingulis experti recte opera iudicant & quibus aut quomodo perficiunt: & quæ ſunt his cõſona cõpræhendunt. In expertis autẽ ſatis eſt ſi nõ lateat ipſos bene an male factum ſit opus:ut in pictura. Leges autem operibus ſimiles ciuilibus ſunt. Quo nã igitur modo quiſpiam ex his legum fuerit lator:aut eas quæ ſunt optime iudicauerit. Neq enim medici ex libris fiunt: & tamen dicere conantur nõ ſolum curationes ſed etiã ægrotantes curari poſſe: & ut curare oportet habitu unicuiuſq diſtincto. Hæc autem expertis quidẽ utilia:iis uero qui ſcientia carent inutilia ſunt. Et legum igitur forſitan & rerum publicarũ cõgregationes iis quidem qui perſpicere atq diſcernere poſſunt quidnam recte ſeſe habet uel cõtra:aut quæ quibus accõmodãtur utiles eſſe poſſunt. Sed ii q ſine habitu talia tractãt recte quidem iudicare nõ poſſunt: niſi fortuito. Magis autẽ ad ea cõpræhendenda fortaſſe fuerint apti. Cũ igitur noſtri maiores ea quæ ad facultatem ferendarum legũ pertinent ſine pſcrutatione reliquerint:nos ipſos illa fortaſſe præſtat cõſiderare & omnino de republica ptractare oportet:ut quoad fieri poteſt ea philoſophia pficiatur quæ circa res humanas uerſatur. Primum itaq ſiquid recte

ſit a maioribus dictum id enitamur receſere. Deinde ex congregatis rebus publicis cõſiderare quænam ciuitates & rerum publicarum ſingulas euertunt atq; cõſeruant. Et quas ob cauſas aliæ recte gubernantur: aliæ cõtra. His enim perſpectis magis fortaſſe pceperimus quænam ſit Reſpublica optima: & quomodo unaquæq; diſpoſita: qbuſue legibus utens ac moribus bene fuerit conſtituta. Dicamus igitur hinc initio ſumpto.

¶ Finis libri decimi etichorum.

Laus deo optimo maximoq;. Impreſſum Venetiis per Iacobum Penciũ de Leuco. Anno ab icarnatione domini. M.cccccii. die. 6. Ianuarii. Regnante inclyto Principe Leonardo Lauretano. D. V. &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible]